

At quandoque grato magno cum favore penas
 A *Hicum conjugibus, & tota stirpe dependet.*
 * DIVINÆ ULTIONIS EXEMPLA.
 Idipsum, quoque evidentibus Christianorum exemplis adferamus.
 In urbe Turonica est Ecclesia sanctæ Mariæ Virginis, ac Joannis Baptistæ nomine consecrata, in qua perjuri ultio divina apparuit: Quidam enim cum ad perjurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans sursum extulit, ut sacramentum mendax proferreret, statim resupinus ruens ita caput in pavimentum collisit, ut vis, vel vivens erigi potuisset. Ad se autem reversus, dolens perjurii, quod occultabat, publicè patefacit. Videmus & nos quosdam de Turonicis in loco eodem perjurasse, qui ita divino judicio condemnati sunt, ut in ipsius anni curriculo finirentur à saculo. *Greg. Turon. lib. 1. mirae. cap. 20.*

Huic non ab simile narrat idem *Greg. 1. 8. hist. Franc. c. 16.* de quodam, qui plerumque in furis, diversisque scelerebus commixtus, peccare consueverat, & cum aliquando à quibusdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad basilicam B. Martini, & sacramentis me exuens, innocens reddat. Quo ingrediente, elapsa securi de manu ejus, ad hostium ruit, gravi cordis dolore percussus, confensusque est miser verbis propriis, quæ veniat excusare perjurii.

Alius simili modo (ut idem scribit) cum de incendiis domus vicini sui argueretur, ait: Vadam ad templum S. Martini, & fide data insons rediturus ero ab hoc crimine, manifestum erat enim hunc domum illum incendio concremasse: abiens autem ad sacramenta danda, conversus ad eum, dixit ei: Quantum viciniorum tuorum dicitur dicitur assertio, non eris innocens ab hoc scelere, sed tamen Deus ubique est, & virtus ejus ipsa est fornicis. Tamen si ita te vana fiducia cepit, quod Deus, vel Sancti ejus in perjuriis non ulciscantur, ecce templum sanctum contra, jura ut libet: nam calcare limen sacrum non permitteris. At ille elevatis manibus, ait: Per omnipotentem Deum, & virtutem B. Martini antistitis ejus, quia hoc incendium non admisit, datus itaque sacramentis, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdari. Et statim ruens in terram clamare cepit, se à beato Antistite vehementer exurij aiebat enim miser. Testor Deum, quia ego vidi ignem de celo cadere, qui me circumdant validis vaporibus consistat. Et dum hæc diceret, spiritum exhalavit. Multis hæc causa documentum fuit, ne in hoc loco ulterius auderent peccare.

Post felicem obitum S. Audomari Episcopi Morienfis, casu quodam duo inter se convenere, alter simplici, & aperto, alter vasto, & versuto ingenio. Rogabat fraudulentus simplicem, ut argenti solidum mutuo sibi det: jurejurando affirmat se bona fide redditurum. Homo simplex, pietate ductus facit, quod ille petit, cum spondisset ad certum diem se persoluturum: jam dies aderat, commonefacit hominem, ut reddat debitum. Ille tanquam præter jus suaque reddere justus, quod non deberet, stomachatur, bonum virum torvis oculis intuetur, & multa comminiscens, ait se nescire, quid velit: sed ne teruncium quidem ab illo unquam recepit. Respondet alter: Eamus ergo ad venerandum Audomari patris sepulchrum, & si per eum nostræ regionis procuratorem non dubitaveris jurare verum esse, quod nequiter fingis, immunis eris à solidi persolutione. Eunt pariter ad sacrum Audomari corpus, & cum non longè abessent, dicit creditor debitori: Cur D ipsum quiescentis patris turbabimus loculum? Deus justus iudex ubique est, & solus implet omnia, nec virtus beati Audomari intra sepulchrum inclusa est. Hoc ergo in loco, quo nunc sumus, illius sancti patris nomen testificare, & mihi erit factissimum. Ille miser semper astantis avaritiæ exatus libidine, verso ad sacrum templum vultu, & ad cælum sublatis manibus, dum vult commotis labris perjurio se obstringere, confectus corruit, & ad extrema perducitur. Oculi crepantes suis moventur locis, nervi membrorum omnium dissolvuntur, spiritus per immensos extortus cruciatus tertio die excedit à corpore. *In vita ejus apud S. cap. 26. Septemb. o. ex Felcharado Bertinens. & Breviario ejusdem loci, & Vincent. in Spec. 1. 23. cap. 109.*

Causa quadam extiterat, ut Fedamius Eunomi, quondam Arverni presbyteri filius, Canillonensem urbem adiret, idemque apud Basilicam sancti Martyris Marcelli hospitalem habebat, ab Abdare loci victus stipendia capiens: ipse enim, quæ loquor exposuit: Inter duos, inquit, viros orta fuit contentio: hique litigantibus, in hoc his ipsa subit, ut eam sacramento dirimeret: Ingressique basilicam S. Martyris, elevatis homo

manibus ad perjurandum, eum nomen sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur ad beati athleta gloriam: ipse enim elevatis manibus quasi ancus totus irriguit. Tunc oratio facta pro ea absolvi Diaboli arte vincitum obtinuit: ipse quoque post absolutionem sermone proprio opus suum confessus est: quæ negligenter egerat, emendavit. *Gregor. Turon. l. de Gloria, mart. cap. 53.*

Tempore, quo corpus S. Salvii apud Valencianam revelatum est Carolo Magno, duæ sorores cujusdam Ducis Francorum, ad Regem venerunt conquerentes de fratre suo, quod hæreditatem suam eis auferret. Conventus super hoc à Rege respondit se nihil eis auferre. Rex enim jurare super corpus sancti Salvii, quod nihil foribus suis deberet ex his, quæ petebant. Qui eum jurasset latus, statim medius crepuit, & per fecerunt alvi sterora proruperunt, & exivit sanguis ex oculis ejus, & auribus, & ore, & naribus, & post duas horas vitam finivit. *Vivent. Spec. bifortial. l. 24. cap. 24.*

Recentius est, sed horrendius, quod subnefiam. Anno F Dom. 1599, die 29, mensis Novembris, quincidie eo anno in diem lunæ, quidam nomine Antonius de Haec vulgò Crucc, redemptor veltigalium publicorum in jurisdictione, & districtu oppidi (ut vocant) Gerardimontium, in Flandria Imperiali, eo venit, diversifque est in hospitio, cum insigne Navis aureæ, in platea, qua iur ad Abbatiam, ut cum aliis sociis suis, redemptoribus item veltigalium, ait vi mavis, publicanis rationes subduerit. Quod cum facerent, exorta est quaestio inter eos de quadam pecuniæ summa, quam socii ipsius affirmabant fuisse Antonio rite persolutam à probis quibusdam, & fide dignis viris: quod idem Antonius etiam adhibito juramento negans, optabat se ab illoque, qui tum in cubili ardebat, absumi posse, si quidquam unquam recepit. Socii nihilominus nihil de jure suo remittentes, contrarium asserbant, sibi persuadentes, Antonium splendide mentiri, ducti opinione, quam habebant de bona fide, & integritate eorum, qui se talem summam Antonio persolvit dicebant, qui (ut jam dictum est) non modo ab ipsis, sed & ab omnibus aliis, probi, fideique digni habebantur. Quibus tamen non commotis Antonius perstitit in negatione, & juramento, quo se flammis, & diabolo devovebat, si quem unquam sociorum in tali negotio defraudasset. Quod cum viderent socii, jurandum tamen detulere, quod quidem Antonius, postposito omni timore Domini, suscepit etiam ex tempore præstandum. Socii enim quidam perfidum hominis ingenium admirari coeperat, & obfirmatum in malo animum execrari: tamen ut tota rei veritas pateficeret, vocati iusserunt duos Scabinos, in quorum manibus, & confecti, nulla habita ratione salutis animæ, & tremendi Dei iudicii, idem Antonius pejeravit. Cum autem advesperaret, solutus est cæcus, omnesque dimissi, quisque quo visum est se recepit, parati eodem die rationes conficere, remansitque Antonius in eodem hospitio, ut ibi proxima nocte recumberet. Quapropter lectum sibi sterni iussit, & fascem in camino accendi, ipse se calefaciens ante ignem scabello insidebat averfus; atque ita reliquit eum hospes, nullum in incendiis periculum videns, consumpto jam penè fasce, priusquam è cubiculo exire: instabat tunc undecima noctis hora. Nocturnus vigil illac iter faciens ex fenestris insolitum lumen, & splendorem in cubiculo Antonii ad veritatem, ignorans quid hoc sibi vellet. Et quia nullum in stabat incendiis periculum, processit ulterius, nolens hospiti negotium facessere, totamque viciniam intempesivo noctis tempore excitare, existimans peregrinos homines esse religionis ergo Adrianopolim appullos, qui se ibi calefacerent. Mox tamen audita undecima redit ad hospitium de industria, exploraturus, num à splendore illo nimio aliquod immineret incendiis periculum, cumque desisset videret, securus recessit. Hac ipsa noctis hora foror Antonii, quæ in pago Rouartio quarta miliaris parte Gerardimontibus distans habitabat, operabatur adhuc, & linum suum colo ad nendum apabat, & ecce subito flamma ignis proruit in cremathram, id est, instrumentum illud ferreum, cavatumque, & quo suspenduntur ollæ, lebetes, & similia, quæ ad culinæ usum spectant, indeque in linum, & stuppam se injectit. Quo eventu omnino attonita, tentavit magna aquæ copia ignem extinguere; cum opprimendo, & extinguendo vix ipsa fatis erat. Nocte item hujus infelicitis meritis, Pastor defuncti Antonii ex hostilibi cujusdam canis cæcus ostium sui cubuli laterati de ejulatione multum fuit perterritus, ut quasi capitis in alium videretur.

rentur insurgere. Postera die illucente aurora, tristis valde, & dolens maritum suum ad Antonium misit Gerardimontes, sive Adrianopolim; quo veniens, ipsumque Antonium adhuc decubentem, ut putabat, reperiens, hora integra expectavit, donec surgeret. Sed cum hora efflueret, neque tamen Antonium è cubiculo exeuntem videret, cepit fores cubiculi pulsare, & inclamare, ut Antonium à somno excitaret, se esse levitrum ipsius dicens; & habere, quod ipsi renunciaret: Cumque nullum profusus haberet responsum, fores cubili ab hospite referari iussit: Quibus referatis Antonium ipsum etiam cum vestibus exiitum invenit, præter tibialia, fasciisque cruales, quæ omnino illæsa, & intacta remanserunt, cum inferiori tibiarum parte, quæ fasciis astringebatur, sedes etiam ipsa, cui præcedenti nocte macula stanica superposita fuerat, combustis; matula verò liquefacta erat: scabellum autem, cui insidentem reliquerat hospes Antonium, penè igne absumptum. Rumor famaque tam horrendi casus totam citò complevit urbem. Vidistes hinc inde popularium accurrentes turmas, totumque hospitium inconditis clamoribus, strepitibus replentes præ desiderio visendi adeo furentum, & triphique spectaculum. Aurum, argentumque, quod penes se habebat perjurus, ex parte intactum, illis sumque remansit: univervis pecunia in manus magistratus deposita. Cranium ipsum capitis combustum, cranio alterius cujusvis simile inventum est, præterquam quod tactum mox resolutum est in cineres, qui cum reliquis concernati corporis cineribus in cœmeterio D. Adriani, in loco abjectiori iussu Curionis conditi fuere, antegressa tamen inquisitione vite, morumque dicti Antonii. Hujus rei fama cum ad aures Principum Belgii Alberti, & Elizabethæ Archiducum Austriz Bruxellas venisset, miserunt Gerardimontes, sive ad S. Adrianum, ut vulgus loquitur, qui totum rei eventum perfererantur, atque ita rem se habere cognoverunt, ut ante narravimus. Historia vero mirabilis, de cujus successu evidenter patet, perjurium Deo maxime odiosum, & inivsum esse, ut & eos, qui his ipsis malè precantur, sive in corpore, sive in anima: error adeque nostra temperate fas vulgaris. Placeat divine bonitati, ita mediante sua gratia, eorum qui hæc legent audientesve historiam, indurata corda emollire, ut in posterum ab hujusmodi mendaciis, perjurisque criminibus, à malis mediocribus, imprecationibusque sibi caveant. *Ex ipse autographo gallicè excusa. Aretinam. 1601. cum approb. D. Guilielmi Gazzi Pastoris S. Medul. & Can. Arentis.*

Quidam eloquium emeruit hoc modo, hic etenim, ut cruda operatur rutilicis populorum, juramentum mendax in Ecclesia protulit: mox rigente lingua murus effusus est, ita ut non vicis humanæ, sed bidentis mugitum simulare videretur. Advocens autem ad S. Drememoni Episcopi tumulum proferitur ad orationem, sensitque, ut postea asserbat, tantquam si aliquis gatur ejus tangeret, quod ut credo virtus erat Domini confessoris. Egrediusque, presbyterum, qui aderat, nutu deprecatur, ut signum Crucis faucibus clausis imponeret. Quod cum presbyter fecisset, iterum prostermitur ad orationem: protinusque elevatis vocis officio reddito, omnia, quæ pertulerat, proprio tactus eloquio. *Greg. Turon. l. de glor. Confess. c. 29.*

Quere supra Perjuri Jurejurando.
PERJURII HOSTES ROMANI.
Ubi, & de peculiaris jurandi apud eosdem ritu.
 Romani ad servandam fidem in juramentis præstandis quodam peculiaris ritus observabant, ad reverentiam Divini D Numinis, quod maxime timebant, atque reverebantur, ne perjuriam committerent. Idque apparere ex Senatusconsulto, quod refert Livius lib. 30. Fœciales enim cum in Africam ad scædum cum Carthagenisibus ferendum ire juberentur, postulantibus ipsis, Senatusconsultum, in hæc verba factum est: Ut prius lapides, privaque verbas secum ferret, uti Prætor Romanus his imperaret, ut fœdus feriret, illi Prætorum signa poscerent. Herba id genus, ex arce sumptum, dari fœcialibus solet. Hæc jurisjurandi solemnitas tali modo adhibebatur apud Romanos: lapidem silicem tenebat jurans, sic dicens: Si sciens fallo, me Diespiter, salva urbe, arceque, bonis ciciat, ut ego hunc lapidem secundum vetustissimum ritum, Martis, Quirini que numibus additis, jurandum præstiterunt.

Ritus vero lapidis fuit hujusmodi. Fœcialis sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit: Si rectè, ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusjurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præstent. Sin aliter, aut ago, aut cogito, cæteris omnibus falsis in propriis L. B. Tæat. vit. Hu man. Tom. VI.

permissio. Permittere. Permissio apud Grammaticos vastas habet significaciones, communior est, quæ accipitur pro concessione, toleratione, comiventia. Dum enim, quid fieri permittitur, quasi ut fiat, toleratur. Sic Deus melius judicavit mala permittere, & ex his bona producere, quàm mala nullas esse quò modo malorum causa, ut quæ illo duntaxat permittere, non verò ad ea tanquam causa aliquatenus concurrente eveniant, uti latius dictum est in loco de peccato. Venit autem à verbo Permittere, quod idè Græci dicunt, esse quidem, quod concedo, sino, tolero.

patriis, in propriis legibus, in propriis latibus, in propriis templis, in propriis sepulchris, solus ego peccam, ut hic lapis è manibus meis decidit. Nec plura locutus, manu lapidem deiecit. Unde formula loquendi orta est, per lapidem jurato.

Idque intelligi potest ex Plato in *Aulularia*. Cum enim Strophilus Lyconidi adolescenti jusjurandum ad hunc modum detulisset: Jura per Jovem, & inter cætera respondisset Lyconides. Sed me cito expedi, sic subiecit Strophilus, Hæc silicem tibi. Tunc accepto silice jurans, hac formula usus est Lycon: Si te ego sciens fallo, ita me ciciat Diespiter bonis, salva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem.

Permissio. Permittere.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Permissio apud Grammaticos vastas habet significaciones, communior est, quæ accipitur pro concessione, toleratione, comiventia. Dum enim, quid fieri permittitur, quasi ut fiat, toleratur. Sic Deus melius judicavit mala permittere, & ex his bona producere, quàm mala nullas esse quò modo malorum causa, ut quæ illo duntaxat permittere, non verò ad ea tanquam causa aliquatenus concurrente eveniant, uti latius dictum est in loco de peccato. Venit autem à verbo Permittere, quod idè Græci dicunt, esse quidem, quod concedo, sino, tolero.

PERMITTERE.

QUID.

Arcanam criminationem.

Alexander Magnus allatam à matre Olympiade epistolam, qua arcana crimina, & delationes contra Antipatrum continebantur, unà legenti, ut solebat, non prohibuit Hephæstionis cæterum ea lecta, detraxit sibi annulum, atque ori illius signum impressit. *Plut. in Appob. & orat. 1. de Alex. fort.*

Nuptias.

Callias Atheniensis vir clariss. & summus Pifistrati hostis filius tribus, postquam nubes exiteret, hoc magnificentissimum munus est gratificatus, ut quem sibi unquamque vellet ex omnibus Atheniensibus sponsum deligeret. *Herod. l. 6. Insequim.*

Quidam ex Perfarum consiliariis, cum Cambyfes rex ab eo quævisset, an foretorem legitime posset sibi matrimonio jungere? nulla lex, inquit, rex hoc permittit unquam: sed alia major lex est, licere regi facere, quicquid libeat. *Sabell. lib. 9. cap. 11.*

Adulterium.

Stratonica Dejotari Galatarum regis uxor, cum adervante valetudine se concipere non posse videret, virò persuasit, ut cum alia coire: ad eumque deduxit Electram cubiculem suam ministram, moribus, atque forma insignem: ex qua Dejotarus aliquot filios procreavit, quos Stratonica, post viri mortem, non secus, ac suos aluit, atque in regno succedere permittit. *Fulgosius l. 6. cap. 7.*

Regis eligendi arbitrium.

Martinus Rex Aragonum XV. moriens, sine liberis, Aragonie regnum subditorum judicio relinquit, ut scilicet propinquoire, ac meliorem virum, & cui justius regnum deberi videretur, ac tutius committi posset, eligerent. Illi ergo Ferdinandum Joannis Castellæ regis F. ex Leonora Martini forore multis aliis spretis competitoribus elegerunt. *Martianus lib. 11. verum Hist.*

Cadem hostis.

Apud Rom. stipendia non facientibus, licet aliàs versarentur in calltris, hostem ferendum, vel vulnerandi jus non erat. Proinde Cato major in epistola quadam scribens ad filium, ei præcepit, si exauctoratus esset completis stipendii, ut reverteretur domum: aut si remaneret, copiam à duce vulnerandi, & occidendi hostis peteret. *Plut. in quæst. Rom.*

Mortem. Mortis optio data.

Eurydice Olympias post mortem Alexandri Magni in potestatem redactæ gladium misit, laqueum, & cicutam, utro vellet uteretur. *Plut.*

QUIBUS.

Improbis.

Chii quidam Spartæ peregrinantes à cœna pervomuerunt, & percaerunt fellas Ephrororum. Quod ubi compertum est factum à Chiis, per præconem edici iussit Spartani, Chiis licere intemperanter agere. *Plut.*

dejecti, in servitute rapti omni genere suppliciorum affecti sunt. Ne aulicis quidem suis, & amicis intimis, non Senae uxori peperit. Paucis diebus XVII. millia Christianorum variis suppliciis affecti. In Thebaide, quae Aegypti pars est nudas feminas suspendebat: alias de vixis arboribus alligatis pedibus, cum in contrarium redire arbores permitteret, in duas partes dilaniabat. Quibusdam, cum adhuc viverent, pellem coriumque detrahebat: alios ferreis unguibus, non profundis, sed oblongis vulneribus dilaniatos, carceribus victos restituebat, ac regularum fragmenta pro flato eis subiciebat, ut quieti, quam ante in martyrio, deterius haberent. Alexandria nonnullis adeptae manus, ac pedum digiti, item nasus, labra, & aures: atque ita affectos vivere (si hac vita, & non longior mors esse posset) permittebat. Quosdam veluti herodes ignibus affabat. Verum in Ponto, atque Cappadocia, in Christianis arte auda fuit crudelitas: peracuta enim cannarum frusta inter unguis, carnemque digitorum figebat: alios liquefacto plumbo totos infillabat, aut per anum eis corpora replebat. Feminis quoque per sexum candentia ferramenta adigebat. Ceterum cum saevitia tormentorum numerus priorum in dies cresceret, desperans de extinguenda fide Christiana: morte quidem Christianos afficere susperedit, ac dextrum oculum effudit infinitis, & crus sinistram cauterio debilitavit, mox ad metalla damnavit. *Eusebius lib. 8. cap. 10. Scriptis Beda, semel ceptam ad Diocletiano persecutionem, usque ad annum Imperii Constantini septimum secessit. Et Euseb. lib. 8. c. 16. ait, eam decimo demum desisse anno. Beda etiam usque ad Britannos pervasisse scripsit in lib. de Ratione temporum, Martin. in Chronico, ac Temporum fasciculus, indicant sublatos fuisse in universa Britannia omnes Christianos, ex quibus S. Albanum Vincentii Speculum martyrum praeter ceteris illustrem commemorat. Anno vix dum exacto imperio sponte se abdicavit, eo quod Christi nomen propter constantiam martyrum penitus abolere non posset. Privatus vixit Nicomedia, ubi morbo miserabili extinguitur.*

In Gallia sub Diocletiano atrocissime saevit. Ricthomarus praefectus: cujus ingentem fuisse crudelitatem contra Christianos praecipue, historia commemorat. Treveri Mosellam Christianorum interfectorum sanguis, rivulorum instar decurrens, tinxit. Cum mandatis curiores hinc inde emisit, ut quisquis alicubi Christianum deprehendisset, ad mortem illico prodiret. *Vincent. lib. 2. c. 136.*

GALERIUS MAXIMUS in Oriente Constantii collega, moribus longe dispars, contra Christianos truculentissimus exiit: quod quae antea nunquam factum erat, edicta ari incisa in medio proponerantur civitatibus. Ceterum victus tandem a Licinio (qui cum Constantino Maxentium opprimeret) sacerdos suos occidit: subitoque morbo correptus Christianorum Deum glorificavit, & pro illorum securitate, & libertate edictum absolutissimum proposuit. At cum bellum demum movere conaretur, in morbum, & cruciatu horribiles incidit.

MAXENTII MAXIMI F. ab initio Christianum se esse simulavit. Mox vero aperte eos persecutus est.

LICINIUS AUGUSTUS, anno, ut notavit Cedrenus, Imperii Constantini quarto decimo, agrè passus, se à Constantino Magno, cujus foretorem Constantiam in uxorem habebat, Illyrici provinciae per arma civilia spoliatum, simulata prioribus annis amicitia, occultis ipsum insidias saepe apprehendit. Quibus ad irritum redactis, ac semel, iterumque reconciliata concordia, demum, ut Constantii animum vulneraret, ad gentilitatem, quam in gratiam eius reliquerat, se recepit: & Christianis, quorum illum studiosissimum esse videbat, inimicus evasit, ac de rebus ad Ecclesiam pertinentibus consultata prohibuit: deinde omnes, qui Christianorum facris imbuti essent. Palatii sui liminibus aruit, & fumis honoribus usos ad liberalia ministeria adhibuit, & bonis publicis mortem omnibus, qui Christum appellarent, indixit: quo modo totum Orientem, tum primum sese à superioris persecutionis claudibus attolentem, vehementer afflixit. Legem subinde acerbiorem tulit adversus Christianos, ne viri cum mulieribus precationis causa in Ecclesiis convenirent, seu Episcopi mulierum aures facris praeceptis imbuerent, neve populi, nisi in campis suburbanis, conventus haberent: milites autem, nisi nudato capite sacrificiis interessent, muneribus exuit: quo pacto ingentem numerum hominum damnis, ignominisque affecti: usque eo vero crudelitate truculentia processit, ut neque iis, qui in

vinculis tenebantur, alimentum suppeditari, nec qui suam proximis misericordiam tribuissent, in bonorum numero haberi voluerit: atque eadem poena eos, qui fonte erant, plebendos censuerit: quin etiam novas leges de nuptiis, ac funeribus edidit, quibus veteres abrogavit: nova, eaque gravissima tributa in agros veteris census indixit. Tandem omnes voluit, novisque agricolis census indixit. Tandem quoque templa passim evertere, Episcoposque, quos sibi adversos, Constantino verò deditos esse iudicabat, variis supplicis lacere adortus est. Et proinde Constantium bellum manifestè indixit: & in Thracia pedestri, in Helleponto navali praelio victum, Nicomediam compulsi. Illic obsequium imperii insignia deponere, & privatum Thellanicam migrare coegit. *Sign. lib. 3. Imp. occid. ex Socrate lib. 1. cap. 4. & Sozomeno lib. 1. cap. 7. & Euseb. lib. 1. vitæ Constantini.*

SAPORES Perfarum Rex nonus, patri Narsei succedens, imperavit anno 570. cepit ann. Christi 310. Is crudelent persecutionem in Perside contra Christianos movit, Magorum, & Judaeorum insinuit, eo praetextu, quod cum Romanis sentiret. Ipso passionis Christi die, crudelissimum regis edictum per univerfam regis ditionem evulgatum, quo mortis damnabantur, qui se Christianos professi essent. Martyrum summa circiter XVI. millia fuisse dicitur. *Sozom. l. 2. c. 8. & seqq. Constant. Imper. pro Christianis ad Saporem scripsit.*

JULIANUS APOSTATA, mortuo Constantio, Christianos diversa ratione, quam superiores Imperatores persequi coepit. Nam cum supplicis, & tormentis eos non modo frangi, sed & confirmari animadvertisset, primò quidem Christianorum filios literarum cultu interdixit, ne cruditione instructi Ethnicos vehementius oppugnant. Deinde vero paganorum religionem totam ad Christianorum mores, & caeremonias attemperavit, ut similitudinem rituum incauti Christiani facilius deciperentur. Interdixit Christianis, ne militiam gererent. Gravissimis exactioibus Christianorum opes exhausti. Christianorum legationes, injurias acceptas ac eum deferentes, eosque à quibus lesi essent accusantes, non admittit, nec open tulit: quemadmodum se id factum Nisibensis, quod Christiani omnes essent, minabatur. Atque ut verbis interdu percussores, & injurias reprehendere videretur, re tamen ipsa ad saevitiam magis incitabat. *Sozom. lib. 5. cap. 3. & 15. Cum his artibus partim se proficere animadverteret, ad caedes quocumque conversus est, quas maxima cum crudelitate exequus fuisse, si è Persico bello incolumis rediisset. Nam & Theatrum Hierosolymis extrui iusserat, in quo reversus, Episcopos, monachos, omnesque sanctos à bestis lanari spectaret. Sed miserè perit. Theodoros lib. 4. cap. 2.*

Sub Juliano Imp. in Palestina, Gazzi praeter ceteris mira, & exquisita in Christianis usi sunt peculantia: Alios enim flagris conciderunt, alios pronos, ac supinos traxerunt, & ad pavimenta illiserunt, lapidibus, & sultibus verberarunt, aqua ferventi perfuderunt, verubus transfixerunt: capita eorum, quo ad cerebrum extillaret, confregerunt, in loca cadaverum abjecerunt, igneque succento corpora eorum combusserunt: atque ossium reliquias, quas ignis non absumperat, inter ossa canclorum, & asinorum misecerunt, ne pro ossibus humanis agnosci, & facile inveniri possent. Nestor ibi Confessor comprehensus, vinculis, & flagris exagitatus, & extra portas se-mianimis abiectus est, ut narrat Sozom. lib. 5. cap. 9.

EUGENIUS tyrannus, Flaviano urbis Romae praefecto, & Arbogaste Comite contendente, permisit, ut ara Victoriae, & sumptus ceremoniarum repeteret: quod ne fieret, sua auctoritate Valentianum. II. veterat. Quin etiam contra Theodosium Imp. Vexillo Herculis praelato, Mediolano egressus, iurejurando affirmavit, se, victoria parata, stabulum in Basilica Mediolanensi facturum, & sub armis Clericos probaturum. Quod ut Ambros. Mediolanensis Episcopus audivit, ex templo è Lucia Mediolanum reverent, spe sua in Deo defixa, nequaquam permisit, ut evertent in se hominibus impius traderet. *Sign. lib. 9. Imp. occid.*

THEODOSIO adhuc imperium obtinente, Isidgerdes Perfarum Rex, contra Ecclesiam bellum in suo regno movit crudelissimum, eo quod Audas Episcopus, *perfarum* (sic illi templum Veste vocant) subversisset. Omnia igitur templa Christianorum everfa. Ipse crudelissimis affectu supplicis. Mortuo Isidgerde, Gororanes F. uti regni, ita & persecutionis haeres fuit. Et sic per annos 30. continuo persecutione grassata est. Tandem à Theodosio Juniore victus, & regno exutus est, caedis etiam Perfa

Perfarum immortalibus. *Socrate lib. 7. c. 18. & 20. Niceph. A. lib. 4. cap. 21.*

ATILA Hunnorum Rex, orbis terror, Dei flagellum, à quo Theodosius Imp. Orientale regnum mercede redemit, & annum tributum pendit, post multa mala Christianis involata, sexto anno sui tyrannidis, in ipsis nuptiis apoplectico corruit: & proprio sanguine suffocatus est, qui alienum fuerat. Martianus Imp. Constantinopoli eadem nocte in fomnis vidit Atilae arcum fractum esse. *Sign. an. Martiani. 4.*

EUGHERIUS STILICONIS, Vandalica gentis primarii ducis apud Honorium Imp. F. jam inde à puero imperium affectans. Ethnicis faebat, Christianos persequeretur, ut sic fundamenta regni jaceret contra Honorium. At detecta conjuratione filius cum patre Stilicone Imp. foeceto interfectus est. *Paul. Dia. l. 12. Oros. l. 7. c. 38. Sozom. l. 9. c. 4.*

Sub Arcadio, & Honorio barbarica Gentes plurimae, in regiones Romanas praeterit irruentes, vehementissime Ecclesias afflixerunt: sicut & Hieronymus gravem querelam ea de re instituit, inter cetera sic inquit: Quot matronae, quot virgines Dei, & ingenua, nobilitate corpora his belluis (de barbaris gentibus loquitur) fuere ludibrio? capti Episcopi, B interfecti presbyteri, & diversorum officiorum Clerici, diversa Ecclesiae, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effusa reliquit: ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. *In Epitaphio Nepotiani ad Heliopolim.* In his autem populis vel primi fuerunt Gothi, & Vandali, quorum cum pars eisset à Christianissimo profus aliena, & gentilium superstitioni dedita, captus quibuslibet occasionebus, extreme Christianos non tantum persequerantur, sed etiam profus delecte conabantur. Pars vero eorum, & quam profusione inter Christianos numerabantur, tamen quia Arianismo in seclusi erant, non minus ipsi quoque sapienter Ecclesiam acerbitate afflixerunt.

JUSTINI tempore Cabades, Rex Perfarum, Iberos, quod essent Christiani, non permisit sepeliri, sed avibus, & canibus mortuos exponi iussit. Christianis plurimis linguis excudit. Qui tamen nihilominus expedite loqui potuerunt. *Procopius l. 1. belli Persici.*

ALBOINUS Longobardorum Rex, anno Justini Junioris 3. Christi vero 567. in Italiam ingressus cum exercitu, vovit se gladio omnes Christianos delaturum: id quere ipsa perficere cepit. Nam templa diripuit, sacerdotibus interemit, monachos C de arboribus suspendit. *Greg. Turon. l. 4. hist. c. 41. Mediolanum quoque obdidit: & facta expugnatione omnes cives, quod Christiani essent, trucidavit: teste Diacono de Gestis Longobardorum libro secundo, capite duodecimo. Deinde Ticinum, seu Papiam civitatem ultra triennium oppugnavit: quam tandem captam diripiendam, & inflammandam totam milibus traditurum se juravit. Cum jam facta deditioe, portam civitatis, quae dicitur S. Joannis, ingrederetur: equus ejus de improvilo in medio portae, montis instar immobiliter confixus (Diacomus & alii, humi planè collapsum affirmant) nec calcariibus, nec verberibus erigi, aut potro agitari potuit. Hoc viso, quidam ex Longobardis ulionem, quam Ticini civibus minatus fuerat, Regem remittere iussit, aut fore, ut nunquam cum lapso equo erigatur. Promissa ergo venia, equus confossum sua sponte, rege incolumi, sese in pedes statuit. Tandem Rosmundae uxoris dolis interfectus est. *Paul. Dia. l. 2. c. 13. de Gest. Longobard.**

Sub Justiniano II. apud Longobardos, Alachis tyrannus saevit, qui Chuniertum regem profligavit, & plurimos Christianos interfecit: & sacerdotibus adeo fuisse insensu scribitur, ut dixerit, si regno potiretur, se puteum testiculis Clericorum impleturum. Occasionem autem ei praebuit Clericorum impunitas, quos dicebat immunda habere femoralia. Verum à Chunberto tandem post aliquot praelia est devictus, & trucidatus, l. 5. c. 14. de Gest. Longobard.

COSROES Rex Perfarum, sub Heraclio Romanum imperium infestans passim Christianos diruit afflixit, & expugnata Hierosolyma, 9000. hominum Judaeis trucidanda commisit: Patriarcham Zachariam, & numerosam multitudinem civium, & vexillum Dominicæ Crucis secum abduxit, anno quinto Heracli. Immam odio erga Christum flagrans, ipsam etiam Aegyptum adortus, Alexandriam, & Lybiam ad Aethiopiae usque vastavit: neque pacis ullam conditionem se amplecturum Heraclio respondit: nisi prius Christo abnegato Solum se adoraturus Christiani promitterent. *Paul. Dia. lib. 18. ver. Rom. Zonasas.*

Occupata ab Hengisto Saxonum Duce Britannia, & Rege Vortigerno ad Cambras relegato, omnes Christum profitemes intra certum diem exulare julli: in utriusque sexus omnem aetatem caedes evagata. Saevitum immamissimè in Christi sacerdotibus, templa, cenobia: & (ut Beda inquit) vixebant Saxones inter altaria publica simul, & privata. Passim sacerdotibus inter altaria trucidabantur: cadebantur praefules cum populo, sine ullo respectu honoris, sermo pariter, & faminis: nec erat, qui tanta interemptos crudelitate sepelire auderet. Nonnulli de miserandis Britonum reliquiis in montibus comprehensi, acervatim jugulabantur. Alii fame confecti procedentes, manus hostibus dabant: pro accipiendis alimentorum subsidii, aeternam servitute futuri, si non continuo trucidarentur. Alii quibus poterat navium esse usus, transmarinas regiones dolentes petebant. Alii permanentes in Britannia, trepidè mortalium omnium aspectum declinantes, miseram vitam in montibus, sylvis, vel rupibus arduis, mente semper agebant suspecta. *H. Boeth. lib. 8.*

In Anglia Picti rerum summa potiti, non solum immunitate severunt in devotos Anglos, sed etiam totas Ecclesias, unà cum Doctoribus piis eiecerunt externa. *Beda lib. 4. cap. 15.*

In Anglia (imperante Heraclio) Osualdus Northanhumborum Rex, similiter ut Heduinus à Penda Merciorum rege bello victus est, & trucidatus. Unde recurrit vix hospitium malum, ac erevit Ecclesiarum ejus loci persecutio: quae postea invalens sumptis viribus, ad Orientales quoque Anglos se extendit: ubi perinde Christianissimus Rex Sigebertus, qui populum istum magnis laboribus ad Christum deduxerat, cum magna strage Christianorum est interemptus: ac in Ecclesias longe, lateque saevitum. Tandem vero Osivus filius Osualdi, voto facto ad Deum caeli, Penda Merciorum Regi occurrit cum parvo exercitu: eoque ingente strage victo, Ecclesias ab ejus tyrannide liberavit. Mercios ad Christum adduxit, Pictosque regno Anglorum subiecit. *Beda lib. 3. Angl. hist. c. 9. usque ad 44. Sigeb. in Chron. Polya. l. 4. & Vincent. l. 2. c. 79.*

EDEREDUS Northumborum Rex, minatus est, adhibito juramento, australibus Anglis, quod patrum defensus institutus, Christum essent amplexi, perinde atque Britonibus, & Scotis se deinceps hostem futurum. itaque cum Mercios Saxones (tenere hi sedes Northumbrias ad meridiem proximas) gravi praelio afflixisset, Rodualdus, & Ethelbertus, alter Orientalium, alter Meridionalium Anglorum Reges, arma in Northumbros induere. In campetri loco Humbro adjacenti haud procul à Vintringamo, atrociter est dimicatum. Victus Ederedus, majori exercitus parte amissa, cum telo confosus lapidi illideretur, dixisse fertur: Deorum religionis protector, Christianique nominis hostis, ut vixi, morior. *Heath. Boeth. l. 9.*

SURNO Danorum Rex, subiecto totius Angliae regno, tanta crudelitate in victos usus est, ut nec sacerdotibus, aut rebus sacris parceret. Plura enim cenobia suis donariis spoliavit, eorumque agros igni, ferroque depopulatus est. Ac sanè homini impio, & Anglicum nomen delendi, & religionem Christianam simul ex omnium mortalium pectoribus evelendi, non tam voluntas, quam facultas desuit. In illis turbis Elphegus Cantuariensis Episcopus, Martyrio affectus est, anno centesimo tertio. Ferunt eum, dum apud milites ob regnum adeptum gloriaretur, repente velut pugionis supernè demissi ictu confossum, in terram cecidisse: vociferantem, H mortem sibi esse illaram, ac aeternam interisse: & omnes qui aderant, subita rei casu stupentes, percussorem nusquam cernentes, arbitratos id Deorum ira esse factum. Ad posteros etiam fama manavit, illum eo ipso cultro fuisse interemptum, quem D. Edmundus, dum in vita erat, gestarat. Verum Saxo Grammaticus tradit, hunc regem fugisse Anglos, ac ea conditione pacem dedisse Eihelredo regi, ut post ejus mortem omnis hereditas sibi veniret: & Suenonem postremò Christianum effectum, multa pietate purgasse facinora, quae in priorè vita designasset. *Polydorus lib. 7.*

Sub Carolo Magno Gotricus, seu Godofridus Danorum Rex, acerrimus Christianae fidei persecutor, conatus est omnibus viribus suis, Saxones, qui fidem Christi receperant, astituta, minis, & crudelitate sua iterum inde absterere ac subinde potentes, qui à vera pietate alieni erant, concitavit, ad affligendum eos, qui plantabant Ecclesias, & ad opprimendum magistratus à Carolo constitutos. Sed virtute Dei, tyrannus iste pacem tandem cum Carolo fecit, an. DCCCIV. Saxo Grammaticus affirmat, Carolum audita morte

morte Goticis effuso gaudio exultavisse, confesumque fuisse, nihil eo casu unquam fuz fortuna jucundius obvenisse. *Jo. Magnus l. 17. c. 1.*

Normanni per mare Britannicum ostia Ligeris ingressi, urbem Nannetam invaserunt, & Episcopum Sabbato s. Pascha baptismum celebrantem trucidarunt, clerumque totum peremerunt. Inde etiam Andegavenses, & Turonenses occurrunt, ac templum sancti Martini incendunt. *Sigeb. in Chron.*

Idem in Gallis, & Burgundia, ac Lotharingia, in pios grassati, castello S. Lothi per dedicationem capto, contra datam fidem, Episcopum Constantensem & omnes civitates trucidarunt. *Regino l. 2. Vormaciam usque excurrentes.* Moguntinum Episcopum Sunderoldum, cum plurimis aliis interfecerunt, anno dcccxcv. Cum per annos septuaginta Christianos passim afflixissent, tandem Arnulphus Imp. centum milia de eorum exercitu concidit, vix uno arque altero ex suis amisso. *Helmod. in Chron. Sclav.* Rex eorum Hundeus, consilio Caroli, fidem Christi amplexus est. *Sigebert.* Reliquia eorum in Daniam recedentes, Præmense monasterium populati monachos interfecerunt. Idem B. Arduenna, & alii in locis fecerunt. *Reg. lib. 1. Sigeb. ann. Dom. dcccxcv.*

DRACHMIRA religionis Christianæ odio, Ludmillam forcum, Borivotii Boemorum ducis viduam, in templo stragulamavit. D. Venceslaum à Boleslao fratre inter nocturnas preces trucidari fecit: sacerdotes occisos abiecit insepultos: hiatu tandem terræ perit. *Dubrav. l. 5.*

Sub LUPOVICO III. Imperatore, Hungari latrones duce Rege Chusfal, trajecto Istro, Baviaræ Ecclesias miserè afflixerunt, Sueviam item, Franconiam, Thuringiam, Saxoniam. Alia manus Italianam populata est. *Reg. l. 2. Aventin. A. D. l. 4.* Similiter fuz contra primo, & Henrico primo. Circa annum Christi dcccxxii.

MISTEVOJUS VAGIRORUM Princeps, Bernardi Saxonum ducis filia nuptis ob religionem frustratus, magna crudelitate hostiam diripuit, Henrico II. imperante. Hamburgi tum civis, tum sacerdos captus, aut variis tormentis encuerunt, aut tristem servitutem relicta patria subire coegerunt. Nec ædificis parvitum est. Aldenburghensi quoque urbe expugnata Christianos, qui eo loci semper fuere omnium scriptorum testimonio frequentissimi, pecudum more madarunt: sexaginta presbyteris, inter quos Oddar præpositus fuit, ad majora refervatis mala. Illis enim caput cutis, in formam crucis ferro incisa divulsa est: ligatis post terga manibus, omnibus spectandis per singulas Sclavorum urbes, stupenda immanitate protracti sunt: sicque nullum ferè Christiani nominis vestigium trans Albim reliquum mansit. *Helmod. c. 16. in Sclavorum Chron.* Mistevojus tandem ipse fidem Christianam amplexatus, regno suo ab incolis ejectus est, ac Bardevici exul diem clausit extremum, circa annum millesimum vigesimum quintum. *Chron. Holstianense.*

GODSCALCUS, Mistovi Vandalorum Principis filius, in vindictam patris Udonis, à Saxone, quodam propter crudelitatem erga pios per insidias trucidati, religionem abjecerat: sed à Bernardo Saxonum Duce captus, subinde Danorum regi Canuto militans, clarus evasit: & paterno principatu recuperato, Vandalorum populos ad recipiendam religionem, quam abjecerat, excitavit: & reedificata sunt per Universam Vagriorum provinciam Ecclesiæ, necnon Polaborum, D. Obotriorum, quondam dirute adæ sacra. Eum tandem, mortuo duce Bernardo, Vandalorum primores, in civitate Leontio (Lentze vocant) crudelissimè trucidarunt, in ripa fluminis Albeæ presbyterum Ipponem super altare immolarunt. Anseuer Monachus, in Ratisburgo lapidandus, petebat, ut prius focii lapidarentur. Quibus coronatis, ipse gaudens suscipit lapides, genibus positus orans. Joannes Episcopus Aldenburghensis senex cum cæteris Christianis Magnopoli captus, servatus ad triumphum, subibus cæsus, deinde per singulas Vandalorum civitates tractus ad ludibrium, truncatus manibus, & pedibus: cadaver in plateam projectum: caput defectum barbari conto infingentes, in titulum victoria Deo suo Radigast immolaverunt in metropoli Rethre, quam hodie Strarigast vocant, ultra Panim, hoc est, magnam, nobilem, & antiquam civitatem. Filia regis Danorum, Godscaldi uxor, apud Magnopolim, rebus omnibus expoliata, vestibus etiam detractis, nuda est dimissa cum aliquot Christianis mulieribus, anno millesimo sexagesimo sexto. *Crantz. l. 3. Vandalia c. 4.*

GOthi, & Sueones nobilium instinctu, contra Ericum Stenichillum regem seditione excitata, demonium cultum E reducerunt, Doctores virgines cæcos Upsala eiecerunt, Regem tandem trucidarunt. *Olaus Magnus l. 17. c. 15.*

ANDREAS, & Leventa, paribus viris ab exilio contra Petrum Regem ab Hungaris vocati, promissive multitudini, quæ ad eosdem in novo castro commorantes confluerat, promittere coguntur, se permittunt, ut universus paganus vivat more. Andreas cum sine permissione hæc regno se rursus potiri posse diffideret, ultrò postulatis annuit. Vulgus itaque religione penitus abjecta, in Christianos omnes, præsertim in Episcopos, & Sacerdotes, adeo fœvit, ut Christiani nominis memoria simul intercederet. Ecclesiæ quoque dirute, & suis bonis spoliatae sunt. Gerardus Canadinesis, Bezertus, Buldus, & Benetha Episcopi, de Regum adventu certiores facti, ultrò, ut honorifice eos excipiant, obviam procedunt. Cum ad Giodi pagum venissent, in diva Sabine templo rem prius facram facere decernunt, quam regulis occurrant. Ibi Gerardus socios præmonuit, jam diem martyrii cunctis imminere: id enim ex nocturna se cognovisse visione, ubi Christus in B. Mariz tabernaculo sanguinis sui calicem propinavit singulis, excepto Benetha. Peractis facris, iter versus Pestum incunt. Gerardus ob via aperitatem, & vires deficientes curru vehitur. Verum ut ad Danubium perventum est, regulorum Comitatus gladio agmine impetum in eos faciunt, faxique petunt. Gerardum tandem curru in præmientem subvehunt rupem, indeque præcipitem agunt. At cum palpantem cordi spiritus aliquis adhuc inesse putaretur, hasta transfoditur, Benetha vero, regulorum intercessionem esse hostium liberatur manibus. Eo quoque die magnus facerdotum, fideliumque numerus, pari crudelitate absumptus est. Andreas Regem positus, circa Salutis annum millesimum quadragiesimum septimum, statim contra vulgi furorem, pro Ecclesiæ pace edictum proposuit. *Aventinus A. D. l. 5.*

Stupendam in Christianis Sclavorum crudelitatem Helmodus prodidit. Nam quosdam ait, cum viscera carnifices extorserint, palo circumdici, alios crucibus affigi, quod supplicii genus ob Redemptionis ludibrium frequentissimum est. Præterea Christianorum sanguine sua numina placare eosdem consueverunt narrat: inter quæ quidem primum locum Suantovivis tenuit, cui quotannis hominem Christianum litare soliti sunt. Hos autem Imp. Lotharius, ut Christo nomina darent, omnino statuerat cogere, nisi mors immatura cum prævenisset. *Helmodus c. 53. de Sclavis.*

JUDÆI CHRISTIANORUM, ET GENTILIUM PERSECUTORES.

Sub Trajani interitum, qui Cyrenem incolebant Judæi, Andrea duce, Romanos, Græcosque indiscriminatim invadentes ita excarnificarunt, ut etiam ad mensam producerent, humanis in viscera ingestis cibis. Nec satis, sanguine adhuc stillantibus intestinis præcingebantur. Cutes pro indumentis erant. Peroseque ab immo ad summum interferebant. Plures bestias objecti aliis inter se pugnare, ac digladiari coactis. Ducenta & amplius hominum millia in abissu furor. Qui & in Ægypto itidem est grassatus, ac Cypro, contrucidatis inibi Artemione duce, ducentis & quadraginta hominum millibus. Unde mox legibus sancitum, uti quis vis ratione in insulam appulsus Judæus capite præteretur. Cum verò Adriano item imperante defecissent, cædibus, fame, morbis, igni desolata est H Judæa omnis. *Cælius l. 5. c. 10. Antiq. Leß. ex Dion.*

Post eruantem seditionem Alexandria inter Christianos, & Judæos factam, Judæi æ palme cortice factum anulum loco tessera gestantibus, loco quodam, quem Inneslar vocant, qui inter Chalcedonem, & Antiochiam Syria situs est: Judæi ludicra, quædam pro more celebrantes, ac inter ludendum multa absurda designantes, temulentia abrepti, puerum quendam Christianorum interceptum cruci alligarunt, suspendebant, tandè verberarunt, donec moreretur. Ob hanc causam gravis inter eos, & Christianos oritur conflictus. Theodosius Junior Imperator scriptis provinciæ illius præfectis, ut auctores facinoris inquirent, ac punirent. *Sozomenus l. 7. Eccles. hist. c. 13. & 16. Socrates l. 7. c. 16. Niceph. l. 14. c. 16.*

JUSTINO imperante in Negra Arabiæ felix urbe munitissima, Judæus quidam Homerata, qui Moyse se gloriabatur esse filium, dolo ingressus urbem, Christianos primum verbis à vera fide abducere conatus, cum partim proficeret, tyrannide oppresses, vi adortus est, & plurimos interfecit. Inter quos in primis

primis Aretas, ejus urbis Episcopus, gloriosissimam martyrii coronam accepit. *Niceph. lib. 17. c. 6.*

Tertio Iustiani Imperator. anno, Samaritani Judæi creati sibi regi Juliano, infinitis Christianos in Palestina injuriis afficerent, templa eorum incendis vastarunt, Sanctorum monumenta igne combulerunt, Christianos crudelissimè trucidarunt. Maximè verò circa Neapolim istam exercerunt crudelitatem, cujus Episcopum gladio jugularunt: & Presbyteros comprehensos, & in frustra discidos, cum martyrum quorundam reliquis in sartagine frixerunt, & nihil non contumeliaz, & immanitatis contra Christianos exercerunt. *Niceph. l. 17. c. 24.* Hermanus Gigas in Justiniani historia addit, Judæos cum Saracenis ido federe, omnes præcio cum Judæis commisso, cum alios plurimos, tum eorum ducent Julianum gladio punivit.

Sub Phoca Antiochiæ Judæi, excitato tumultu, Christianos partim ferro, partim igni persecuti: Anastasium, ejus loci Episcopum, comprehenderunt, & pudenda excisa ei in os ingererunt, & per urbem fene pedibus alligatum traxerunt, rogoque impositum denique cremarunt. *Niceph. l. 18. c. 44. P. Diac. lib. 18. Rer. Rom. Zonaras Tom. 3. anno Theoc. VII.*

Quando Costos Perfarum Rex Palestinam, Judæamque diripuit, Hierosolymas post longam Christianorum oppositionem, ablata omni suppellectili, tum ligno sanctæ Crucis, & urbis Episcopo, evasit. Christianorum supra nonaginta millia intercepta sunt, cum Judæi capti parvo redimerent, atque occiderent. *Crisp. A. D.*

BRATI degentes Judæi hominem quendam Christianum, quem furti, homicidii infamularant, captum festo spiritum coronarunt, per oppidum circum duxerunt, multique verberibus affectum, tandem in crucem egerunt, domina illius loci, auro victa, id permittere. *Incentibus l. 29. c. 53. Gagynus lib. 6. de Francis.*

Ann. mcccxxxv. Henrico III. Anglis imperante, Judæi, qui id temporis Nordovicum debebant, quendam Christianum puerum furtim captum per integrum annum nutrierunt, ut adveniente Pascha, quasi novi nostræ religioni dedecoris imprimendi causa, quafi asigerent. Sed terribili carnifices paucis ante diebus, quam sanguinem innocentem effunderent, tanti infamulati criminis, ac convicti, merita poena affecti sunt. *Polydori l. 16.*

In villa quadam Germaniæ Forchheim vetula quadam puellam septennem plagiò abductam Judæi vendidit. Illi cadaver in Profluentem projecere, molari appenso. Quarto die manum extra aquas protentam conspicati piscatores, extrahunt cadaver. Marchis Princeps spectatum advolat. Cadaver relidens manum Principi porrigit, quasi ultionem contra impios flagitans: Judæi accedentibus, cruento sudore perfundeabantur. Detecto per vetula alumnæ scelere, Judæi suspensi, duo mutuis concidere vulneribus. *Thom. Patriarcha Barbariceni lib. 3.*

Fortalicij fidei. Circa annum Christi millesimum ducentesimum sexagesimum primum. Anno millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, Monachii alicuius quadam infantulum Judæis vendidit, quem illi Deo immolant, punctim acubus cadunt, necant, cruo-temerè halluvio excipiunt, quo periret creduntur. Eadem D venetica alterum infantem surreptura, à patre deprehenditur, in vincula conicitur, questionibus admota facinus confiteatur, corpus intercepti infantis indicat, moxque poenas luit. Vulgus viro corpore ita vulneribus confosso, non expleta judicium sententia, Judæis mortem intenterunt: eosque in Synagogam confluentes subiecto igne, frustra prohibentibus duces Bojorum alicui, jam cum templo igne concremarunt. Centum, & octoginta Judæi perierunt. *Aventin. A. D. l. 7. Ann. Bojorum.*

Judæi Christianum puerulum Tiguri cruci affixerunt. Quem inventum publico totius civitatis luctu sepeliverunt, eumque in Divorum numero colerunt, ara in summo templo extructa. *Stumpsius.*

BERNÆ Helvetiorum, ann. Chr. mxxvii. Judæi puerum Christianum, Russium nomine, excruciatum peremerunt. Sceleris auctores rote supplicio affecti fuere, reliqui bonis multati, & urbe pulsi, Rudolphum Imperatorem contra Bernenses excitant. *Ibid.*

ABRAHAMUS Judæus cum Sara conjuge in Thuringiæ oppido Veilensche habitantes, ann. mccciii. Conradum puerum Bertholdi de Somerde equitis, & præfecti filium cum suis ludentem pueris, intercepte, tormentis excruciare, E sanguinem elicuere, tandem suffocare. Mox aurigæ eum ad Judæos Franckenhaufenles nocte intempesta devehendam cutavere. Cum nocte tota duces itineris cum auriga errassent, manè eodem loci sese hærere intelligentes, in casa vicina cadaver cingulo suspendere. Inventum à vinitoribus, cuius vulnum variè mutaret, solemnè pompa in D. Petri æde sepultum est. Fridericus Marchio Misnensis à Judæis auro corruptus, cum facinus vel dissimulare, vel leviori supplicio expiare studeret: colico dolore ita exagitari cepit, ut pro salute votum fecerit, universos suæ ditioni subiectos Judæos sese igni sublaturum. Sanitati restitutus votum exsolvit. Puer inter Divos ob frequentia miracula relatus est, *Michael Neander in Erotematis lingue sanctæ.*

UBERLINGUÆ Vindelicorum Judæi civis cujusdam puerum clam cruci affixerant. Ann. mcccxxii. Cives tumultu facto, Judæos cum uxoribus, & liberis in domo quadam conclusos subiecto igni miserè cremarunt. *Stumpsius.*

Dieshenhofii non procul ab exitu lacus Aconii, an. mccccti. Judæus cum stabulario pactus est sanguinem pueri Christiani trium florenorum pretio. Is cum quatuor annorum puellum necessit, in facinore deprehensus, rote supplicio affectus est. Judæus vivus exultus. *Stumpsius.*

Ann. mcccclxxv. ad 8. Calend. Aprilis Tridenti (est urbs hæc in Italiæ, & Germaniæ finibus) Judæi puerum furto substractum ditro, ut postea conperitum est, ritu gentis occultè peremerunt, toto scelerate Domnicæ passionis in puerili corpore representato: nec res tam atrox in occulto fuit, sed numinis providentia (ut credere par est) mox palam facta, decreta questio est, Judæi plures numero sceleris comperti, merito sunt supplicio affecti. Reportavit ex ea questione magnum integritatis nomen Joannes cognomento Sala Brixianus, juris scientiæ tempestate illa penè princeps. Is Pontificis decreto in reos lege inquisivit. Hunc Judæi magno auri pondere corrumperè adorti, à tam pia ultione avertere non poterunt. Simonem (id enim nomen fuit puer) ob multa miracula, circa defunctum corpus magno mortalium occurru edita, Tridentini in templum solemnè ceremonia receptum, Beatorum numero asciscunt. Ejusdem impietatis scelus quinque annos post Venetiis vindicatum est, ex Mota oppido (est locus ad Liguantiam amnem) fontibus Hebraicæ gentis ad supplicium deportatis. *Sabel. l. 7. Einn. 10.*

Ann. Ch. mcccclxxv. Tirnaviæ in Hungaria duodecim Judæi cum duabus mulieribus, ingenium adolescentem Christianum occultè captum, atque in proximam aedem abductum, obstructis repente faucibus miserè strangularunt: & apertis venis sanguinem ejus, dum animam sensim, & singulim efflaret partim absorbuerunt, partim aliis afferarunt: corpus autem in partes dissectum, membratim humi defoderunt: Cum adolescens diu à parentibus quaeritus nusquam appareret: fatisque constaret eum pridie in vico Judæorum versatum, haud postea fuisse conspectum, legitima in Judæos questio constituitur. Lictores in eorum aedes immissi, deprehensis recentibus cruoris notis, Dominum cum tota familia comprehendunt: in quaestione abrepta mulieres, meru tormentorum adactæ, totam facinoris indignissimi seriem constituentur: quarum testimonio convicti reliqui, Stephani Palatini iusti, qui Præfectus urbis erat, omnes magno ad id excitato in foro incendio conflagrarunt: alii, qui minus videbantur obnoxii, magno pecuniæ numero sunt multati. Cum autem de senibus causas tanti patrandi facinoris, per tormentorum cruciatum eruerent, quatuor eas esse reperiebant, quibus Tirnaviæ tum, & aliis sæpe in aliis regionibus, eo se Judæi flagitio astrinxissent. Unam, quod ita majorum auctoritate persuasum habent Christiani hominis sanguinem præputis in circumfusione appositum, sistendum sanguini opportum esse remedium. Alteram, quod eundem ad conciliandum inter se amorem plurimum valere, in cibo datum, existimarent. Tertiam, quod cum viri, ac mulieres æquè apud eos fluxu mensuræ laborarent, sanguinem hominis Christiani epotum, idoneam ad id morbi esse medicinam experti erant: Quartam, ut verus apud se, sed reconditum decreto exequerentur, quo quotidianis sacrificiis in aliquo regione Christianum Deo sanguinem libare coguntur, & in eum annum eam sortem Judæi Tirnaviensibus obligasse. *Bonfin. l. 4. Decad. 5.*

Iterum eodem oppido Judæi Christianum puerum mactarunt, ann. mxxxiii. Alterum Bofingi, quorum triginta exusti sunt, ann. mxxxix. *Jobus Finclius lib. 2. Prodig.*

Mortuo Constantino, cum filii eius regna inter se partiti essent, Constantinus, cui Oriens obtigerat, ab Arianis seductus, Athanasium Episcopum Alexandrinum, & Paulum Constantinopolitanum Episcopum in exilium egit, & Orthodoxos gravissimis affecit calamitatibus. Ceterum metu fratris Constantis, cum persecutionem intermisset, eo mortuo ad ingenium rediit. Nam quasi divinitus post mortem fratris propagandi Arianismi facultatem nactus esset, in Homoufianum postulat, ut vastatis sibi Homoufianorum Ecclesias, operaretur, libens paruit: & Macedonium edictis instruxit, ut quidquid in pro libidine sua gereret, id se lege facere testari posset. Quia fiducia Homoufianorum Ecclesiarum passim subvertit, Imperatoris se hoc edicto facere pratens, subserviente ad id ei manu militari, ubicumque seiret. Nec enim eos solum, qui Ecclesie accendebantur, afflixit, sed & Novatianos, quorum templum, quod Constantinopoli habebant, destruxit: ipsos vero intolerabilibus suppliciis, quia secum communicare nolent, affecit. Quibusdam ligno violenter operavit, & mysteria impositus: mulieres vero, & parvulos simul raptos initia compulsi. Si quis vero, vel recubabat, vel contradicebat, statim plagas, vincula, carceres, aliisque tormenta experiebatur. Si mulieres communicare nolissent, ubera eorum acris compressa abscedit: aliis eadem partim ferro candenti, partim ovis ad summum fervorem igne tostis exussit. Novatianorum Episcopum, Alexander Paphlagon, plagis in carcere confectus interit. Macedonius, cum Mantini in Paphlagonia plurimos religionis Novatianae deditos comperisset, quatuor militum cohortes ab Imperatore impetravit, & in Paphlagoniam misit. Cum quibus apud Mantinum Novatianorum multitudine, zelo religionis suae accensa, congressa pro armis utens feceribus, falcebus, clavis, aliisque, quae furor ministrasset, occnes eas cohortes, militibus paucis exceptis, interfecit plurimos tamen Mantinensium una occumbentibus. *Socras, lib. 2. c. 28. in 507. 14. c. 20.*

Talis denique Macedonii rabies fuit, ut etiam Imperatorem ipsum, cuius tamen iussu, & auctoritate haec designabat, offenderet: praesertim eo facto, quod Constantinopoli ossa Constantini, ex eae aede in quam primum collocata fuissent, in aliam translulerat, repugnantibus plerisque civibus, qui per religionem illi minime fieri contenderant: adeo ut & ad arma, & pugnas res deveniret. Similis per omnia Eleusii erat furor, quem Cyzicorum Ecclesia Macedonius Episcopatum nactus praefecerat: nam & is Christianos undique pellebat, & subvertebat. Novatianorum vero Ecclesiam, quam Cyzici habebant, solo aequavit. Similem se quoque praestitit Georgius Cappadox, qui Alexandrinam Ecclesiam pulso Athanasio occupaverat, & Sebastiano Duce exercitus Manichaeo ministro suorum utebatur scelerum. Qui non cunctatus, militarem illico manum cogit, ac telis infectis, gladiis, ac cubitque irruptionem in caetum orantem facit: virgines nudas ad ignem in media urbe excitatum adduxit, fidesque abnegare iussit. Sed cum invidias eas animadverteret, facies eorum ita contudit, ut aliquandiu cognosci a suis etiam non poterant. Quadraginta deinde viros comprehensos novo supplicio laceravit. Virgines enim palmeis, aculeos suos adhuc habentibus, terga eorum ita caecidit, ut alii sapius a Medicis, eo tenacius inhaerentes aculeos, frustra curati sint: alii curacionem non ferentes, interierunt. Ceteros velegavit. Corpora interfectorum reddi suis noluit, sed oculi inhumata iussit, collocatis ad sepulchra ocella custodiis, ne quis mortuorum locum habere posset. *Athanasius, Apol. de fuga sua, Socras, lib. 2. c. 28. Theodor. lib. 2. c. 14. Sig. 1. 1. Imp. occid.*

JOVNIANO Pio Principi successit Valentinianus Christianus Imperator, qui consortem imperii ascivit in Oriente Valentem fratrem. Is Catholicis primum, mox Arianismo infectus, horrendis suppliciis Orthodoxos in Asia, & Africa affecit, annis decem. Multos, quod Eudoxio communicare nolent, in exilium egit. Valentem fratrem Arianum oburgavit Valentinianus per literas, ut i persequendis Homoufianis desisteret: sed ille magis etiam exasperatus, bellum irreconciliabile contra Orthodoxos movit, & ab Arianis dissentientes acerbissime tractavit, expulsi uno, & eodem tempore Meletio Antiochia, Eusebio Samofatis, Pelagio Laodicea, Barfe Edeffa, reliquis item omnibus, quotquot cum Euzolo Ariano Episcopo com-

municare nolissent. *Zonaras, Socras, lib. 4. c. 38. Theodor. lib. 4. cap. 36. Sozom. 1. 7. c. 40.*

VALENTINIANUS JUNIOR, a matre Justina Arianismo imbutus, majore conatu quam successu Orthodoxos impugnavit, cum Ambrosio Mediolani constantiter resisteret, nec basilicam, quantumvis armata manu exigente Valentiniano, tradere vellet. Gratianus e contra Valentiniani frater, & Theodosius Catholicis studioso fuerunt.

Sub MARTIANO Imp. summa alioqui tranquillitas fuit, nisi quod Monachi quidam Eutycheis fautores, in Chalcedonenfi Concilio damnati, Duce Theodosio Monacho crudelissimo, in Palaestina Orthodoxos Episcopos crudeliter afflixerit, Severianum Scythopolis, Athanasium Hierosolymorum Episcopum. Quorum illum oppido ejectum interemit: hunc vero flagris caesum, & capite plexum, tandem pedibus per urbem tractum, canibus dilaniandum obiecit. Tandem tamen a Dorotheo praefecto Imperatoris iussu Theodosius pulsus est.

THEODORICUS Ostgothorum Rex, Arianae huc pollutus, Iustinum Seniores Imperatorem hereticos Constantinopolis, & passim in Oriente expellere videns, missis ad eum legatis Constantinopolim, Joanne Episcopo Romano, Agapeto, & Patricio Consulibus Romanis, atque Theodoro, & Importuno Senatoribus, postulare iussit, ut Ariani Episcopi restituerentur: quod nisi fieret, fore ut brevi Roma, & tota Italia cadibus, & incendiis quoque adversum Orthodoxos respereretur. Pontificis, & legatorum lacrymis eo deventum, ut Iustinus potius Arianae divina providentia permitteret, ne omne Italianum nomen ex ea remajorem cladem adiret. Datum est Pontifici, & legatis, ut Ariani restituerentur, suoque instituto viverent. Dimissus orator Julius, ut in illo honore etiam suo consuleret, a Joanne Pontifice (Consulibus Romanis, Senatoribusque subministrantibus) voluit coronari. Verum quanto majore honore legati a Iustino afficiebantur, tanto majore invidia Theodorici inflammatus eos redeuntes excepit. Pontificem, & legatos, variis criminibus insinulatos, in tetrum atque horrendum carcerem conjecit, fame, atque inedia, & pedore cruciatus exemit. Nec dissimili furore defecit in nonnullos Romanos Senatus Principes, in quorum numero Boetium, & Symmachum, jam pridem apud Papianum relegatos, interfecit, Boetium quidem, quasi librum, quem de Trinitate adversus Arianos conscripsit, in ejus contumeliam composuisset. Ipsen non multo post perit. *Jo. Magnus, 9. P. Diac. 1. 15. c. 5. Sab. 12. Etm. 8. Naucier. 2. G. Volum. Chron. Gener. 15.*

ANTHARIS, seu Autharis, Longobardorum Rex XII. qui Longobardorum filios pro Christi institutione in fidei patriarchis baptizari prohibuerat, Ticini accepto veneno perit. *Diacon. 13. de Gestis Longobardorum, c. 18.*

ROTHARIS Longobardorum Rex, Ariani favens, edixit, ut in omnibus fere Italiae urbibus duo essent Ecclesiae, & duo diversi Antistites, Orthodoxae fidei unus, alter Arianus. Audacia igitur sumpta, Ariani Orthodoxos miserè afflixerunt. Fortunatus Aquilejensis Episcopus Arianus Grandensem civitatem per vim occupat, & spoliat. Rotharis Hetruriam, & Liguriam armis invadit, Opitergium inde diripit, & solo aequat. Opitergium Antistes Magnus Alinas, cum suis clapsus, in flaginis insulam occupat, & ab Imperatore Heracliam appellat. Paulus Atrini Episcopus in Torcellum insulam, Longobardorum crudelitate fugiens, migrat. Paulus inde Patavium Patavio Methamucum fugit. Sic brevi tempore quinque Antistites sedes sunt insulanis quaesitae, Gradensis, Heracliana, Forcellana, Methamaucensis, & Caprullana, quam paulo ante Joann. Concordiensis H. Episcopus, fugiens immanitate Gisulii, occuparat. *Sab. En. 8. 16. in Blondus Dec. 1. 19.*

VANDALI a praefecto Africae Bonifacio accesserit ex Hispania Africa invaluerunt, Duce Genesio. Provincia autem occupata, cum pars ipsorum gentiles, pars Ariani essent: & Genesius Arianissimum, ut Prosper in Chronicis annotat, quam latissime propagare hortatu Episcoporum suorum conaretur: in omnia populationibus, rapinis & cadibus miscuit, ut nec innocenti aetate parcerent Vandali, sed & maternis uberibus raptos lactentes, partim terrae, & fidus illiderent, partim a naturali metu in summam caput verticem medios dissecarent: templa, cœmeteria, & id genus alia incendii abolerent: sacerdotis gravissimis tormentis excarnificarent, ut si quid auri, vel argenti privati, vel Ecclesiae haberent, extorquerent. Quod si quid traditum erat, partem reservatam arbitrant, denovo supplicis subiciebant, atque ita saepius tormenta iterabantur. *Sin*

Sin vero nihil eraderetur, idem fiebat, & tormenta subinde magis, ac magis exasperabant: aliorum faucibus sterectus, & caenum ingerebant: nonnullos in frontibus, & tibiis nervo adhibito, & eo usque contorto dum sonum ederet, cruciabant: plerique aequum marinam, aliis acetum, anurcam, liquamen, & alia multa tetra in ora infundebant, veluti in utres. Multis ministris Ecclesiae, aliisque viris illustribus, ceu camelis, atque jumentis ingentia onera imponebant, stimulisque ferreis ad faciendum iter compellebant. Quorum aliqui sub ipsis fatemur concidentes, miserabiliter animam exhalant. In his persecutionis initus perit Pampinius Uticensis antistes, candentis ferri laminis toto corpore adultus: & Mansuetus Juriticanus, in porta Formitana incensus. *Vidor de Vandalica persecut. lib. 1. Cum autem Genesius Carthagine, primaria ejus regionis urbe potitus esset, praecipit, ut suae gentis homines passim Ecclesiarum suis, vel nudos exigerent Episcopos. Carthagine Episcopos Quodvultdeus, cum maxima turba sacerdotum, fractis navigiis impositus, & fluctibus commissus est. Templum Vandali occupant, suisque impietatis dicant. Proponuntur edicta regiae, de iis, qui sacros Ordines habent in universum extirpandis, & ne piorum defuncta corpora, Crucis recepta solemnitate, sed cum silentio sepelirentur. Dum haec Carthagine geruntur, interea ex his provincia partibus, quas rex suis populis habitandas distriberat, aliqui praecipui nominis ministri, & Doctores, qui remanent, egressi, regiam ad litus Masilianum supplicat, ut ablati jam sibi sacris adibus, & rebus tam Ecclesiae quam privatis omnibus, saltem habitandi inter Vandalos facultas concedatur. Quibus rex fremens respondit: Quam vobis confidentia talia petere suasit? De nomine, & genere vestro ego ne unum quidem superstitem esse patior. Atque illico in vicium mare projectos, submergi iussit omnes. Sed cum quidam ejus amici intercessissent, impetrarunt tandem, ut incolumes dimitterentur. Digressi autem magno cum animi morore, & tristitia, ubicunque, & quomodocunque poterant res sacras tamen peragere non intermittebant, quantumvis propter funesta decreta nihil usquam loci relictum esset. *Vidor. Arcadium, Probum, Paschasium, & Eutychem viros Hispanos sibi sapientiae, ac fidei obsequii nomine jucundissimos, quod perfidiam Arianae respererent, primum proscriptis, deinde in exilium peritrem, postremo exultissimis affectis supplicis illustri Martirio coronavit. Paulullum vero puerum Paschasii, & Eutychem fratrem, cum ferocibus servitute non potuisset, diu subfusus caelum ad insaniem servitute damnavit: ne puer regiam fe immanitatem superasse possit gloriari. *Sigon, lib. 12. Imperii occid.***

HUNERICUS Genesii filius, Zenone Imperatore intercedente, Carthagini, quae viginti quatuor Annis Orthodoxo Episcopo caruerat, Episcopo permittit, & vicissim ut Zenon Ariani Constantinopoli, & in toto Oriente Ecclesias concedat, petit. Ad Orthodoxorum Ecclesias milites unci armatos statuit, qui quoscunque Vandalorum Ecclesiam ingredientes conspicerent, uncios in caput impingerent. Ea crudelitate multi oculis, multi pericranio privati sunt, septimo imperii anno persecutio invaluit. Sacrae Virgines miserè tortae, & feretris locis contrectatae, ut supra sua cum Episcopis indicarent. Pii omnes in Africa solitudines relegati. Simulavit inde, se Concilium religionis causa coactum, non alio consilio, quam ut coacta Homoufianorum manu, eos pro libito tractaret. Orthodoxos Ecclesiarum, hospitii, facultatibus omnibus privatos, inedia moti coegit, dum a nemine recipiuntur, & a militibus, ne ad Rom. transeant, in limitibus sui regni observantur. Martyrum, & Confessorum sub hoc tyranno numerus iniri non potest. In viis publicis milites constituit, qui viatores, nisi testimonium, & characterem fidei Arianae scriptum ostendere possent, vel invitatos rebaptizarent. Noctu somno oppressos baptismum circumveniens, impetu in aedes facti, luctantes, & se Christianos esse clamantes, aequè immergebant, quasi per vim charactere Orthodoxae fidei illis cluere possent. *Vidor. lib. 3. Vandal. hist. in Sigebert.*

THRASIMUNDUS VANDALOR. Rex, in Africa clavis Christianorum templis, milia ducentos, & viginti Episcopos in Sardiniam relegavit: quibus Symmachus Rom. Episcopus vestes, & pecunias misit. *Paul. Diacon. At Procopius lib. 3. non vi, sed blandis sollicitationibus ad Arianissimum Orthodoxos traducere voluisse scribit.*

VANDALINI Africa degentes, Arianae haeresi addicti, Childerim regem obrevocatos ab exilio Episcopos Orthodoxos

interfecerunt: & Gilimere duce, rectè sentientes in Lybia opprimere coepere. Meminit crudelissimae hujus persecutionis, & summae constantiae Christianorum, inter alios, *Gregorius quoque Papa, lib. 3. Dialogor. c. 32.*

Sub JUSTINIANO Imperatore immanissimam persecutionem Totilas Gothorum Rex, Arianus, aliquot annis in Italia exercuit. Romam, Neapolim, Florentiam obsedit, cepit, incendii, armisque gravissimè afflixit. Unde flagellum Deicognominatus est. Perusium septennio obsedit. Ejus obfidionis princeps Comes quidam, dux exercitus (ut retent. *Gregor. Pap. in Dial. lib. 3. c. 10.*) ad Totilam obfidionis tempore nuncios misit, quaesitum quid de capto Perusina civitatis Episcopo Herculano fieri vellet? Respondit ille: Episcopo prius ad vertice usque ad calcaneum corrigiam tolli, tum demum caput amputari, populum verò omnem gladio necari volo. Dux capta urbe Episcopum ad civitatis moenia ductum capite truncat, cute à vertice ad calcem usque incisa, corrigiam inde sublata regi misit. Quidam Totila miles in omnes tam Clericos quam Monachos crudelis, cujus manus nemo effugere poterat, paulo post divinitus repressus, & conversus est. *Greg. lib. 2. Dial. c. 31.*

JUSTINIANUS Imp. in haeresim *apud Constantinopolim*, hoc est, eorum, qui asserunt Christum carnem omnem corruptionis, & mortis expertem assumpsisse, aulica quadam sapientia prolapsus, cepit Orthodoxos non tantum districte, sed etiam vi ad asensum cogere: ac eo furore Eutychem Constantinopolos Episcopum, Amasiam deportavit: idemque Anastasio Antiocheno fecisset, nisi morte impeditus esset. Sunt qui narrant eum testamento successori mandasse restitutionem Eutychem, *Evagr. lib. 17. c. 29. Zonaras Tom. 3.*

ANASTASIUS Imp. cum & Magus esset, & Manicheus, & Eutychanis haereticis faveret, Orthodoxos Episcopos male tractavit: Monachos plurimos, qui Chalcedonensem synodum damnare nolent, interfecit, Constantinopoli, & in Syria. Regino ultra nongentos Martyres sub Anastasio factos asserit. Severus Antiochia Episcopus haereticus, Judaeorum praefidius usus, ultra trecentos Syriae Monachos interfecit, eorumque cadavera, & avibus laniana proiecit, & Christianorum templa spoliavit: ut patet ex libello ab Antiochia, & Syriae Clericis, & Monachis, in quinta Constantinopolitana synodo oblato, *Tom. 2. Conciliorum.* Ceterum improbatorem hanc Imperatoris digna exepere supplicia. Hunni, & Bulgares Thraciam, Illyriam, & praecipue Orientis partes vastarunt, Constantinopoli multa incendia orata. Imperatoris in somnis oblati est vir terribilis, librum manu tenens, & inquires: *Obviam tuam quatuordecim annos vitae tuae prorogandos deleo. Proximo anno ante ejus interitum, plurimi mortales Alexandria à demonibus obfidi condempnationem. *Plaut. Diac. lib. 15. in Nicephorus lib. 16. c. 29.* Cum aliquando tonitrua horrendum in modum creperant, Anastasius è coenaculo in coenaculum territus fugiebat: & tandem in quodam cubiculo mortuus inventus est, anno aetatis suae supra octuagesimum, regni vigesimum octavum. *Zonaras Tom. 4. Jornandes in libro de Regnorum successione.**

CHRYSAPHIUS Eunuchus Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, eò quod Eutychem cum sua haeresi, cui ipse favebat, condemnasset, in exilium pelli, & crudeliter trucidari curavit. *Zonaras.*

THEODERICUS Ostgothorum Rex (vulgo Dietrichum de Berna vocant) Arianus, tum alios, tum in primis Symmachum Boetium, & Joannem Episcopum Romanum Orthodoxos interfecit, obviens illis falla crimina, quod cum Graecorum Imperatore Justino conspirasset. Tandem in summum animi morem incidit, ita ut oblatos in mensa pisces interfectorum capita esse arbitretur: nec multo post subitanea morte perit. *P. Diac. lib. 25. in Praecip. lib. 1. de Bello Goth.*

CONSTANS II. filius Constantini, imitatus Heraclium avum, non solum Monothelitarum haeresim recepit, verum etiam instigante ipsum Paulo Constantinopolitano Episcopo extrême persecutus est Orthodoxos. Martini Pontifex Legatos ad eum misit, qui cum eo de emendatione agerent. Quos ille carcere, exilio, verberibus affecit, & altare ipsorum in domo Placidiae consecratum destruxit. Martinus igitur Roma synodo coacta, Paulum anathemate ferit. Constans magis irritatus, Olympio Exarcho vim Romanis inferre iussit. Sicarius, qui in aede sacra Pontificem percussurus erat, oculis repente privatur. Olympius metu perne ab incepto desistit. Imperator nihil

de sententia mutans, Theodorum Calliopan mittit, eique mandat, ut Martinum ad se vincum adducat. Ille Martino catenas iniecit, vincumque ad Constantem misit. Eum in finem Princeps lingua, manuque truncatum in Thraciam Chersonesum relegavit: ubi inopia, & egestate pressus, sexto anno pontificatus sui obiit. In Africa sanctissimum virum Maximianum, cum duobus discipulis, aliisque multis Episcopis, qui in Africa haresin Monothelitarum anathematizarant, supplicio affecit. Alios quoque passim Orthodoxos proscriptiombus, & exiliis damnavit. Auxerunt ei furorem Episcopi haeretici. Paul. Diaconus lib. 19.

Leo III. Isaurus dictus, anno imperii sui nono consilio eujusdam patricii nomine Bese, & Episcopi Natiole decretum promulgavit, ne in ulla Ecclesia cujuslibet Sancti, aut martyris, aut angeli imago haberetur. Germanum Constantinopoleos Episcopum, mandato ejus contradicentem, ab officio removit, & Anastasium substituit: omnesque imagines Constantinopoli in foro comburi iussit: & eos, qui afferre detestabantur, capite detruavit, aut alia parte corporis mutilavit, dicens: Scriptum esse, sacrificantes diis alienis eradicabuntur, Oecumenicum professorem cum duodecim collegis, in schola Constantinopolitana a B Constantino instituta, in aedibus regis, una cum libris, noctu ignibus subjectis combussit. Et multos clericos, & monachos, & religiosos laicos afflixit. Gregorius secundus Pontifex Romanus ad eum scripsit imperiose: Non decere Imperatorem de fide ullum facere verbum, neque violare antiqua dogmata Catholicæ Ecclesiæ, quæ a sanctis patribus essent prædicata. Insuper literis monuit omnes Orthodoxos, ne mandato Imperatoris de tollendis imaginibus pareant, quemadmodum Romanæ urbis, & Italicæ tributa Casari dari vetuit. Que res adeo excitarit Italos, ut parum absuerit, quin fibulatum Imperatorem eligerent. Item cum videt Imperatorem a Saracenis, & aliis hostibus premi, redeliberata cum clero suo, in Imperatorem fidelium privavit, eò quod sanctas imagines e facris aedibus abstraxisset, quod hominibus male sentiret. Hoc igitur pacto Romanam, atque Italiam, omniaque jura tam Reipublicæ, quam Ecclesiæ, in Hesperis locis, ab obedientia Leonis removit, anno decimo tertio Leonis. Tulit id Imperator indignissimè: & exercitum in Italiam misit, duce Mane pratore Cybiorensium: tributaque quæ ad patrimonium Ecclesiæ pertinebant in Sicilia, & Calabria, publico fisco adscripsit. Tandem sine crudelitatis poenâ dedit. Nam bellis, & rerum infelicis successu vexatus, dysenteria perit. Jacob. de Strada in Hist. antiquæ, & Perrenus in Fasciculo temporum, Bese Patricius, ab Artabadi exercitu hausta traicivit, Paul. Diaconus lib. 21. & 22. Rev. Roman. lib. 9. cap. 14. de Longobard. Regno lib. 1. Sigebert anno DCCXXXIX. Zonaras lib. 10. Dec. 1. incl. imperii Platina sub Gregor. II.

Leo IV. Imp. media jejuniarum septimana, duas imagines reperit in pulvinari uxoris suæ Irenes. Inquisitione facta deprehendit, eas à Papiæ palatio, aliisque nonnullis primiceriorum fuisse illatas: quos & cruciatibus, supplicisque gravissimis addixit, in uxorem quoque Irenem acriter est invehctus, constantem asseverantem, à se eas non vilas, repulit, neque postea rem cum ipsa habuit. Cedrenus.

CONSTANTINUS V. Copronymus Imperator, imaginum hostis acerrimus fuit. Ceterum fama de ejus interitu sparsa, Constantinopolitani ejus odio Artabadium designant Imperatorem. Verum ille urbe obfessa, & diu fame afflicta, tandem capta, recuperat imperium: & congregata Synodo controversiam de adoratione imaginum disceptari iussit. Patres qui convenerunt, adorationem imaginum damnant, ut apertam idololatriam: & Germanum, Georgium Cyprium, & Joannem Damascenum anathemate serunt, ut idololatriæ patronos.

Imperator ergo edicta proponit, quibus imagines adorari vetat: & Synodi decreta fuscipi iussit, & reliquias Sanctorum E igni tradit, ac denique titulum Sancti neque Mariæ Virgini, neque Apostolis, neque Martyribus, tribui voluit: & intercessionis Sanctorum fuculum praesidium vocabat: anno septingentesimo quinquagesimo quinto. Sigebert. Sacerdotes, & monachos sententia suæ refragantes atrocibus suppliciis afficiebat, & vita privabat. Ministros autem istius severitatis habuit Constantinopoli Antonium patricium, & Scholarem domesticum. Foris verò pratores, Michaelen Edeffenum, & Michaelen Lachanodraconem, & Manem filium. Andreas quidam monachus Calibytes dictus, Imperatorem adit: cumque inter oburgandum ob imagines, alterum Julianum, & Valentem appellat. Ille flagris eum occidit. Stephanus etiam celebris monachus, cum reculasset decretum Synodi de imaginum damnatione approbare, post multa tormenta crudeliter interfecit, & in Pelagium, ubi ex æde Pelagii fossa ad receptaculum condemnatorum facta erat, abiicitur. Multos etiam Senatori ordinis ob sacrum imaginum cultum supplicio affecit: & jusjurandum ab omnibus exegit, ne quis ea veneraretur: idemque jusjurandum ab ipso quoque Constantino, quem Ecclesiæ præfecerat: postulat: atque in suggesto itans juravit. Cùm in teatro ludii Circenses ageretur, multis monachos comprehendit, ac triumphum de illis egit, per theatrum circumductis, & mulierculas inhonestas manu ducentibus. Duobus ex suis consiliaris capita præcidit, & multos alios carceribus includit, lorisque cadi iussit: propterea quod accusati essent, quasi monachos narsallæ de facinorosis ejus, ob quæ ab illis reprehendebatur, Petrum Stilicem à Metra, nobilissimum virum, ab officio removit, & in carcerem conjecit: & tractum per plateas, prociis iussit in locum supplicii, eò quod Sanctorum adorationem probasset. Constantinum Patriarcham in exilium misit: & revoctum, in ecclesia habito iudicio anathemate damnari, alapis cadi, & asino impolite in ludis Circensibus circumduci, & conspui, & pulvere conspergi, & tandem capite plecti iussit. Multa millia heterodoxorum interfecit. Monachorum domicilia partim incendit, partim destruxit, partim profanavit: ut Dalmatæ monasterium, omnium quæ Constantinopoli sunt antiquissimum, pulvis monachis, militum diverforium facit. Lachanodracon præfectus Traciam monachos cogit monachos ducere, & alii recusantes puniit: virorum, & mulierum monasteria, & vasa facta, & libros vendidit: ipsa Sanctorum combussit, multos monachorum verberavit, & gladiis trucidavit, quosdam oculis privavit, quibusdam barbas olco, & cera percutas incendit, alios post multos cruciatos in exilium eiecit: nec unum monachicæ vestis amictum in tota provincia reliquit, quamobrem ab Imperatore laudem meruit. P. Diaconus lib. 22. Rev. Rom. Cedrenus, Zonaras Tom. 3. Sig. ann. DCCLXX. Plerique historici ea, quæ à Constantino Copronymo contra imaginum patronos gesta sunt, persecutionem priorem vocant: ideo etiam omnes calamitates, ut sunt pestes, fames, terræ motus, & ejus mortem, poenam faciunt oppugnatorem imaginum. Nam carbunculus pedem ejus corripuit, & ardentis febres cum è medio sustulerunt, cum annos trigintaquatuor, & tres menses rerum potius esset. Idem, & Ivo in Chronico, Blondus Dec. 2. lib. 1. Elephantia morbo eum correptum, & adusti, spumantisque sanguinis vitio putridam carnem nervos, & ossa destituisse, eumque ulceribus replevisse scribit.

MICHAEL BALBUS partim cupiditate regnandi, partim zelo imaginum, per insidias Leonem in sacro divina carmina cantantem adortus, manibusque, & capite amputatis, reliquum cadaver in circuitu equestris ignominiosè traxit, filioque ejus castratos in exilium misit. Ibid.

MICHAEL TRAUULUS, qui Leoni successerat, sperabant imaginum cultum promoturum: deoque Nicephorus Patriarcha ad eum scripsit, & rogavit, ut eas restitueret. Verum ille respondet, se neque in religione, neque in statu Ecclesiæ quicquam mutaturum, neque coacturum quensquam, ut aliter quam velle, de Deo sentiret. Cùm autem Iconolatræ non cessarent turbas eiere, Euthymium Sardium Archiepiscopum, imaginum adoratorem, in exilium eiecit, & Methodium in carcerem includit.

MICHAEL RANCABIN Imp. qui in eos saevierat, qui imaginum cultum, & vitam monasticam tuebantur, puniit Deus infelicitate belli contra Bulgares, & imperii amissione. P. Diaconus.

THEOPHILUS Imp. in imaginum cultores mirum in modum insaniebat: immò & in imaginum pictores, in quos pari furore desavebat. Monachum quemdam Lazarum, qui pingendo cele-

celeberrimus habebatur, verberibus casum, in carcerem detrussit, & laminis ferreis, ac ignitis palmis exussit, ob hoc solum, quod imagines Sanctorum, contra edictum pinxisset. Sed divina adjuto gratia, reddita est pristina valeudo: ut post mortem tyranni, simulacrum Salvatoris tanta arte, ac tanto ingenio pingenti, ut omnis posteritas pro rei dignitate vix satis admirari posset. Vros autem sanctos, ac confessores Theophanem, & Theodorum, germanos fratres, verberatos, nigris notis in facie notavit, ac frontibus eorum carmina Jambica, quæ apud Zonaram extant, inscripsit. Methodium, qui deinde Patriarchalem sedem decoravit, post colaphos, verbera, & dentium evulsionem, in insulam Pannorum, ab aliis Antigonem dictam, relegavit, eumque duobus latronibus in momentum vivum includit, altero mox mortuo in media. Septem ferretur annis ei sepulchro inclufus in eadem perulisse, & deinde exclusus in templo quodam permansisse à nemine visus, nisi à suo ministro, & à Rege. Quadraginta duos ferretur occidisse Theophilus. Cedrenus.

MICHAEL, THEOPHILI F. Imp. qui cum matre Theodora imaginum adorationem restituerat, singulari aliorum afflictione, cùm in convivio bene potus, eundem Basilio remigæ calceos purpureos tradidisset, eumdem Imperatorem salutasse: Basilium, qui aliquanto antè ab ipso Casare designatus erat, moleste id ferens, nocte per conjuratos illum interfecit curavit. Zonaras T. 2.

Sub Imperatore Theodoro II. Suesionum regnum Chilpericus, Christianorum hostis, tenuit. Frater Sigeberti Metensium regis ditentem filium suum Theodorem invadere iussit. Is multis provinciis hostili animo oppressit Ecclesias incendit, Monachos interfecit, monasteria diripuit, puellas vitavit, & immam crudelitè nihil non libidinis exercuit: adeo ut ea potestate infliore Ecclesiæ statum, quàm vel Diocletianum, aut Maximiano imperantibus fuisse perhibeant Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 47. Addit Spec. Innocentius lib. 1. c. 128. Chilpericum his gestis ad Rhenum usque cum exercitu progressum, igni ferroque diripiisse omnia.

CHRISTIANI JUDÆORUM PERSECUTORES. Anno Salut. 1349. ab Oriente ex India orti in Occidentem usque pestilentia gravissima de se vit, media hominum parte absumpta. Christiani falsa persuasionè decepti, Judæos suis beneficiis hujus luis auctores esse, crudelissimè illos persecuti sunt, ita ut non pauci necesse primum uxoris, & liberis, igni domibus subjecti, semetipsos exurint. Persecutio hæc biennium duravit. Joan. Tribem, in Chron. Hist. Ausg.

MAHOMETANI CHRISTIANORUM, AUT JUDÆORUM. Per Arabes, & Mahometum non in modò Republicam Romanam Imperii, sed etiam Ecclesiæ Dei in Asia, & Africa affligi sub Heracleo cepit. Occasionem isti malo præbuit Heraclii præfectus, qui cum deberet stipendia militibus numerare, Arabes ignominiosè Cames appellabat. Id indignè homines Barbari ferentes, freti multitudine, & viribus suis, in Syriam è Constantinopoli secedunt, Damascum, & Phœniciam occupant, & Mahometum natum ducent, novæque religionis architectum, in Christianos, parere seditionis, & assentiri falsis dogmatibus recusantes, crudeliter sæviunt: & aliquoties copias Heraclii profugentes, à Romano imperio Phœniciam, Syriam, Mesopotamiam, & Ægyptum avelunt, Ecclesiæque evertunt, & Christi nomen summis viribus delere conantur. Deinde etiam Persas adorti, illud totum imperium, regia fure sine excisa, sibi subjecerunt, ita ut ab eo usque tempore, Persæ nunquam ab ipsis jugo ad hunc locum Christiani non aliter quam oves manum cum agmine fuit mactati. P. Diaconus lib. 18. Rev. Rom. & Simoneta lib. 1. epist. 4.

ABDIA in Hispania impiissimus Christianorum persecutor, sub Justino, classe contra eos expeditionem suscepit, quod Christi nomine, & memoria funditus è terra sublato, idolorum suorum cultus toto vigere, consistere, & propagari possent. Ducentem autem navibus præcedit Agarenum quemdam, Manucha nomine, hominem crudelissimum, & Christianorum nomini infestissimum hostem. Hic Pharaoni similis, direpto Cassinensi, & Messanensi cœnobio, paulo post cum toto suo exercitu, & centum navibus in mari perit. Antonin. lib. 15. c. 15.

SARACENI Hierosolymis templum extruere ceperunt, Heraclio imperante: sed cum subinde stru dura collaberetur, Hæfusa Judæi cujusdam crux, quæ in templo montis Olivarum stetit, est sublata, & postea constituit adificium. De crudelitè verò ipsorum, quam Hierosolymis exercuerunt, conqueritur

Sophronius in epistola ad Sergium, quæ extat in Synodo sexta Constantinopolitana, actione undecima, inquit: Omnia eos sacra, & prophana diripiisse, crudeli, feralique proposito, & impia, prophanaque audacia. Idem diffidio Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ cognito, in Aphricam classe traiecit, & magnam partem ejus occupant: indeque cum maximo tumultu Rhodum perveniunt, & urbem expugnant, ibique colossum, qui mille trecentos sexaginta annos iterat, demoluntur: cujus ære nongentos camelos onerantur. Postea Cyprium, & Constantiam vastant. Aradum portò civitatem incendunt, & insulam illam hominibus trucidatis, urbibus, & agris everfis, inhabitabilem reddunt. In Isauriam delati, occisis plurimis, & capris quinque millibus, præter centum quinquaginta millia hominum, quos in his tumultibus interemerant, pacem cum Imperatore Romano faciunt ad annos duos. Paul. Diaconus, Henricus de Erphordia. Chron. Ivonis de Constante, & Supplem. Chronicorum lib. 10.

Sub Heraclona Imp. Arabes Casaream Palæstinæ, quam septem annos continua obsidione cinxerant, ceperunt, & in eam septem millia Christianorum trucidarunt. P. Diaconus lib. 18. Rev. Rom. HAUMAR III. anno Leonis Isaurici, Domini verò DCCXX. juxta Sigebertum, in Christianos sævit: ac primum edictum proponit, quo vini usum vetat, juxta Mahometi traditionem: & Christianos jubet fidem suam amplecti, ac obtemperantes immunitate tributorum donat: recalcantes verò, & in fide Christi perseverantes, atque in Ecclesiæ verbi Dei dicendi causa congregientes, variis suppliciis afficit. Legem etiam promulgat, ne Christiani testimonium contra Saracenum recipiant. Imperatorem Leonem per literas hortatur, ut abjecta Christi religione, Mahometi amplectatur, sed cum vix unum annum grassatus esset, perit. P. Diaconus lib. 21. Rev. Rom.

HAEDALAS Saracenorum Dux, tributa Christianis majora, quam antea soliti erant dare, imperat: & quidem etiam à monachis, & inclufis, & eremitis ea exigit. Ecclesiarum Crucis, & reliquias Sanctorum effusas disperdit. Ivo in Chronico. Et testatur Martin. in Chronico, multos propterea, quod Mahometum reprehenderunt, interfectos esse à Saracenis. Et Blondus Decade 2. l. 1. asserit Constantinum Copronymum ea ratione cum Habdala fecisse pacem: ut ille promitteret Christianorum, qui inter Saracenos habitabant, afflictionem.

GAMER Arabum Dux in Rōmāna multos trucidavit, & non paucos captivos duxit. Hali Petrum Damasci Episcopum, eò quod Abraham falsa dogmata resuraret, & cum Manichæis sentire affereret, cepit, & linguam ei præcidit, atque in Arabiam deportavit: ubi inter sacra interfectus est, anno secundo Constantiniani. Paul. Diaconus lib. 22. anno DCCXXI. Sigebertus in Chronico.

SALIM Arabum Princeps, Theodorum Antiochiæ Episcopum accusatum, quod literis Constantino res Arabum indicasset, in Moabitidem regionem exulatum mitrit: & edicit, ne Christiani novas Ecclesias extruant, nec de fide sua Arabes doceant, nec cruce Christi aspiciant: anno decimo sexto Constantiniani. P. Diaconus lib. 22. Die Paschæ templum Christianorum ingressus, cum audisset Anastasium sacerdotem in preceione dicentem: Plebs tua, Ecclesiæ tua supplicat tibi: comprehendi eum iussit, & in carcerem concludi ut seditionis. P. Diaconus lib. 12.

Eo anno, quod Léo Isauricus Imp. mortuus est, qui Domino DCCXXI. Evelyd interfecit omnes Christianos captivos, in omnibus civitatibus: inter quos etiam Eutyechius F. Marini patricii in Carnis Mesopotamiæ, & multi alii martyrii corona ornati sunt. P. Diaconus lib. 21. de Rebus Rom.

SARACENI Sardiniam aggressi, Christianos affligunt: verum armis Pipini propulsi, ann. DCCVII. Postea verò in Siciliam irrupentes, Lampadusam spoliarunt, ac Gregorium classem exploratum missam comprehendunt, omnesque nautas interfecerunt. Porrò xl. navibus in insulam Perontiam, & Eschlam irruentes, monachos & alios afflixerunt, ut narrat Leo in epistola ad Carolum. Maurosdè Patalaria insula lx. monachos abduxisse, & in Hispaniis vendidisse. Aimonius l. 4. c. 93. indicat. Paulo post in Corsicam invehcti, civitate quadam expugnata, & præter Episcopum, & paucos senes, atque infirmos in ea nihil reliquerunt. Aimonius lib. 4. c. 65.

In Imperio Orientis, Saraceni cum trecentis militibus Nicophorum oppugnant, passim multa piis intulerunt mala: in Galatia, & Cappadocia, atque in Cypro Ecclesias destruant, incolas omnes captivos abducunt. In Tyana templum Mahometo exere, anno Nicephori IV. qui fuit Domini MCCCXCV. Rhodium etiam infestavit Saraceni, & archimede Myramque cepere, ac Nicolai Ecclesiam, & arcam everterunt. Chumid tandem tempestate classem armit, & vix ipse prater omnem spem evasit. P. Diac. l. 24. Sigeb. ann. DCCCXVII.

SARACENI cognita Leonis V. morte, in insulas sese effuderunt. Ex Hispania egressi & Cretam occuparunt, & Cyrillum Gortynensem Episcopum trucidarunt.

Idem ex Alexandria, & Agypto, Babilona, & Africa, in Siciliam ingenti multitudine irrumpunt, sub Ludovico II. Imperatore, & in morem locustarum omnia vastant: arbores fructiferas succidunt, monasteria, & templa inflamant: Episcopos, sacerdotis, & monachos trucidant, non tam ab eis fidei confessionem, quam pecuniam exigentes, *Chronicum Cassinense, & Zonaras.*

In terra Sancta usque ad Sal. annum MXXI. gubernatoribus, licet vera pietate alienis, aliqua erat Christianis pax: si tributa, & vestigalia, quae exigebantur amplissima, tam ab incolis, quam peregris visendi gratia advenientibus, solvebantur. Verum potentem rerum Calyptha Agyptio Principe, qui omnes suos antecessores impietatis, & savitiae infamia longo post se reliquit intervallo, Christiana religio ad extremum fere casum perducta fuit. Cum enim ipse matre natus Christiana, a suis auleis Christianissimi nomine exagitareretur, suam ipsi Apostasiam, ut Antonius testis est, enormi aliquo facto probare volens, templum Hierosolymitanum solo aquavit, dies agere festos interdixit, & ut Tyrus ait, quod dies erat celebris, eo artibus domiciliorum suorum septis cohibebantur Christiani, nec in publico audebant comparere. Domi etiam non tutum dabatur eis habere refugium: sed factu lapidum, & sordium infusione, violentisque irruptionibus, praesertim si sacra eos tractare gentiles perentiscerent, molestabantur. Praeterea ob levissimum delictum, inaudita causa in crucem agebantur, vel facultatibus privabantur: Liberi ipsorum rapti, vel flagellis, vel blandimentis ad impium cogebantur cultum. In tantis Christianorum angustiis, ex infidelibus quissimam afflictionem afflictis additurus, mortui canis cadaver in idololatrarum templum projecit: quod a Christianis factum esse, omnes uno ore professi sunt, tantumque facinus non nisi ipsorum omnium more expandam asseruerunt. Adfuit mox hictores, inermes illos mactaturi: sed ab adolescente, quodam, qui se hujus facti reum intrepidè profitebatur, divinitus liberantur. Hoc occisio: ceteri dimissi sunt post Calyptha obitum, Daber filius Christianis aequior successit: qui imo cum Constantino Romano imp. Romano Argypolo foedere, facultatem reparandi templum Christianis concessit, quod & circa annum millesimum quadragesimum octavum, Constantino Monomacho sumptus suggerente, reedificatum est. Ac licet tolerabilior esse Christianorum sub hoc Principe conditio: tamen impij praesides, suis inhiantes commodis, iniquis vestigalibus eos premere non desisterunt. At postquam Turcarum invalelere cepit regnum, eorum virtus super Agyptiorum, & Persarum fines ampliari, Diogene & Michaele Parapinaceo Constantinopoli regnantibus, per triginta fere annos, D quibus Urbem sanctam tenuerunt, maximis molestiis pressus est Dei populus, adeo ut levia ea omnia ducerent, quae sub Agyptiorum, & Persarum jugo unquam pertulissent. Praeterea nullum, ob latrocinia passim impune grassantia, erat iter tutum, religionis gratia terram sanctam invasentibus: ac si forte quis per mille pericula ad optatum appulisset portum, templi aditu, nisi prius aureum numerasset nummum, prohibebatur a paritoribus Turcis: ut Tyrus lib. 1. Belli sacri, c. 5. & 6. Hinc occasio data Christianis Principibus, exhortante Petro Ambiano Eremita, expeditionem sacram suscipiendi.

Capti Edeffa Mesopotamiae verbe ab Alph (Orho Frisingensis sanguinem vocat) Turcarum Principe, omnes Christiani, quosquot fidem abjurare noluerunt, cum Episcopo misere mactati sunt. Mulieres etiam, & matronae, praesertim nobiliores, in Christianae religionis ludibrium, factis impoliticis violatae, post interfectae sunt. *Bonifacius l. 2. Dec. 2. & Sylvius in Blondi Decad. l. 5. annotant, Anno MCLX. juxta Bergomensem. Sigeberti Continuator, & Frisingensis l. 7. c. 30. annum MCLV. ipsumque diem Christo natalem At Tyrus belli sacri scriptor, l. 1. c. 5. & testatur ex-*

pugnata urbe, ab hoste irruente, quosvis obvios prostratos fuisse, populoque ad arcem, quae in urbe erat, agminatim fa- luti causa confluisse, non exiguum multitudinem ex compressione occubuisse, inter quos & Hugo Episcopus fuit cum quibusdam suis Clericis.

Clizastanes Sultanus eadem fere tempestate, magnam Christianorum multitudinem Laodicea Phrygiae pecudum more abegit, multos etiam occidit: inter quos & Salomon Pontifex fuit. *Nicetas sub imperio Monachis Comneni.*

Sed quid vetera cum mœnore revolvimus, cum nostra aetate Turcarum rabies animos verè Christianorum, hoc est, eorum qui propter scelera sua hocce flagellum Christiano orbi divinitus immissum norunt, ad stuporem redigere possit? Quam illi Christiani sanguin sjan inde à Constantinopoli capta hauserint, quot cladibus Occidentem in se conjuratum in Myfia, & Pannonia affecterint, notus est, quam ut multis verbis declarari debeat. Sed quid de cladibus loquor? Cum occumbere felicissimum fit, superstitium horum esse tyrannidi, misericordiam? Quoscumque hostilis enis extra aciem non hausit (haurit autem, vel aetate tantum, vel valetudine confectos, ex quibus nullum se quantum amplius facere posse sperant) eos ceteritima manet revolvimus. Infantes utriusque sexus a complexu parentum avulsi, libidini, & avaritiae victorum intervi- turis, in certam corporis turpitudinem, animaque interitum abripiuntur: mares sacris initiati Mahumeticis, honoribus, & praemiis invitati jam inde à teneris, contra Christianos, à quibus ipsi per *antipolus* potius, quam per *dogmatum* defe- cerunt, militare coguntur. Aduli, nisi Christum abegere volent, à crudelibus Dominis mancipiorum instar exercen- tur, vexantur, cruciantur, religio veluti effluvia obiciunt, ut qui per crucem à Crucis confusione abduci non potuere, vol- ptatis illecebris à pietate deficiant. Eaque propter si quos mo- nachos, vel sacerdotes in suam pertrahere scētam possunt, triumphum modò non canant, quod illorum exemplo, & au- ditoritate multos alios simplices, & in religione vera parum eruditos, se ad Mahometi furorē tracturos sperent. Pro- mittit quidem impius Turcarum tyrannus religionis liberta- tem, qui jugo illius colla subdunt: sed fidem servat, dum ob rem. Nam qui ex Alcoran didicit, Christianorum G persecutione Mahometicum Paradisum comparari posse, & debere, nunquam cumquam Christiano paritūsus esse, nisi quantum simulata clementia reliquos ad imperium suum perferendum pellici posse confidit. Corporum factus Domi- nus, facile potest vel vi, fraude etiam animi Mahumetum suum imponet.

DE HAERETICORUM PERSECUTIONE, ET IMPIETATE.

Vide Locum de Haereticis, Tit. Haereticorum Tyrannus. * ANTICHRISTI FUTURA PERSECUTIO.

Terriram bestiam omni immanitate atrociorē Antichristum, ab aquilonis sinibus venturum autumant, juxta illud Jeremiae: Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terrae. A tribu verò Dan orientum, ex eo quod Jacob ad filios prophetauit dicitur: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Antichristus enim partem doli veneno, ut coluber, H partem potestatis cornu, ut cerastes, eos invadat, quos per viam veritatis, & semitam justitiae ire viderit. Cum itaque Enoch, & Elias praedicatio per universum terrarum orbem vulgata fuerit, tunc Satanae filius prodere se, & adversus eos invalescere incipiet. Sic enim in *Apocalypsi* legitur: Et cum finierit testimonium suum, Enoch sol & Elias, bestia que ascendit de abyfso, faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos, corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magna, quae vocantur spiritaliter, Sodoma, & Aegyptus, ubi & Dominus eorum Crucifixus est. Jacebunt quippe Catholicorum fidelium corpora in plateis, quoniam pro veritatis religione morti praoptabant, quam in infidelitate vivere. O gloriosa martyria! jacebis cum adversus eos bellum, sed habitabis in caelo. Pro Christo cadetis, sed cum Christo regnabitis. Sanguis vester super terram effundetur, sed spiritus vester supra caelum regnet. Pro brevi supplicio gloriam capietis aeternam. Non vos fraudis laqueis irrite poterit inimicus, quia in Christum credentibus astituta non deicit ad cavendum, non furoris immanitate terrere, quia non timebis, qui corpus, qui tantum corpus potest occidere, sed cum potius, qui corpus, & ani-

animam potest mittere in gehennam. Quanto terribi- A lior erit hostis, tantò patientia vestra fortior, & gloria in- signior, & remuneratio major. De illo simul, ac de vobis per Jeremiam prophetauit: Ecce afflictio egredietur de gen- te in gentem, & turbo magnus egredietur à summitatibus terrae, & erunt interfecti Domini in die illa à summo terra usque ad summum ejus, non plangentur, & non colligentur, & non speliuntur, in sterquilino super faciem terra- jacebunt. Divina enim permissio fiet, ut Diabolus contra Ecclesiam savendi potestatem accipiat. Oportet ergo illum, quem Christus nunc vincit tenet, novissimo tem- pore dies aliquot solvi, ac dimitti. Quod Joannes in *Apo- calypsi* cernens, ac dolens, clamat. Vae terrae, ac mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet: Et idem rursus ait: Solveret Satanas de carcere suo, & exibat, & seducet gentes, quae sunt super quatuor angulos terra Gog, & Magog, & congrega- bit eas in praedium, quorum numerus est sicut arena maris. & ascendet super latitudinem terrae, & circumje- runt castra Sanctorum, & civitatem dilectam, Civitas dile- cta, vel Jerusalem, vel Ecclesia Dei est. In eam impetum B faciet hic diaboli filius, & illorum multitudinem, quos decipiet, eos opprimere molietur, quos decipere non poterit. Ad haec etiam, o facinus indignum! ista desolationis abominatio in Templum Dei irrumpens, omnia sancta profanabit, & in medio sedens Deum se, & Christum imprudenter, impro- beque mentietur, mittet malignitatis suae satellites per provin- cias, & loca, qui dicant: Ecce jam venit Christus, venite ad adorandum illum. Quam futuram fallaciam praesciens Dominus, cavere nos jubet, dum ait: Si quis vobis dixe- rit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in pene- tralibus, nolite credere. Curia? quia non talis adventus Filii Dei erit, qualis filii Diaboli. Quis adventus filii Dia- boli? in deserto cum bestis, in penetralibus cum facinoro- sis, turpique luxurie deditis hominibus. Quis filii Dei? Sicut fulgur exiens ab Oriente, & apparet usque in Occidentem: Illius ab aquilone, hujus ex caelo; illius locorum intervallis latens, hujus in aere omnibus aequè manifestus: illius in tenebris, hujus in luce.

C DANIEL Propheta cum visionem de quatuorundam Regum futuro eventu vidisset, sic demum de Antichristi regno sibi dictum audivit. Post regum eorum cum creverint iniquitates, confurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo ejus, sed non in virtutibus suis, & supra quam credi poterit, universa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum Sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigeat dolum in manu ejus, & cor suum magnificabit, & in cogita rerum occidet plurimos, & contra Principem principum confurget. Quod ait, roborabitur fortitudo ejus facturum signa, & prodigia, significavit, ita ut in errore inducatur, si fieri potest, etiam justi: & hoc non in vir- tibus suis, sed demonis, cuius indignatione agitur ad tantam prorumpet temeritate, ut sui oblitus Deum se reputabit, & contra Christum confurget, & Ecclesiam vastabit, & superbiz spiritu inflatus, divina omnia profanabit, polluet, contemnet, ac tantum fatanam illum, cuius consilii, opeque nitetur, colet. Nam ubi etiam in Daniele scriptum est: Et faciet juxta volun- tatem suam rex, & elevabitur, & magnificabit adversus om- nem Deum, & adversus Deum Deorum loquetur magnifica, & diriget, donec compleatur ira cunctia. Iam ne quid impu- dit, spurcitiaeque ejus desit: Et erit, inquit, in concupiscentiis feminarum, praeterea nec quoniam Deorum curabit, quia adversum universa confurget. Deum autem Maazim in loco suo venerabit, & Deum, quem inognerunt patres ejus, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Vi- det hominis dementia, demonio supplicat, demonium vene- rat, & se ab hominibus pro Deo vult coli, haberique. Quasi vero non servus Diaboli sit, qui ei ancillatur, sed Dominus, & Deus. Rursum idem Propheta impietatem ejus, audaciamque designans, etiam quomodo regnaturus fit, declarat. Sermones, inquit, contra excelsum loquetur, & Sanctos altissimi conteres, & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manus ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium tem- poris, hoc est, usque ad annos tres cum dimidio. Hanc temporis praerceptionem *Apocalypsi* vphis asmet indicat, ubi dicitur: Et civitatem sanctam, hoc est, Ecclesiam conculebunt mensibus quadraginta duobus. Ad haec quidam opinantur, ipsum ut se Deum probet, cum post tridui latebram rursus apparuerit,

mortuum se fuisse, & resurrexisse simulaturum, ex eo quod in *Apocalypsi* scribitur: Et vidi unum de capitibus suis quasi E occisum in mortem, & plaga mortis ejus curata est. Hinc etiam dicitur, quod finget se caelum velle descendere, at- que à malis spiritibus in aera feretur, eoque modo plaga mor- tis ejus curabitur, quia scilicet illi, quibus illudet, verè mor- tuum, & resuscitatum fuisse credent, quem in caelum quoque sublimem ire conspiciant. Unde sequitur. Et admirata est universa terra post bestiam, & adoraverunt Draconem, qui de- dit potestatem bestiae, & adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiae? & quis poterit pugnare cum ea? Sed bene illi, qui Draconem, & bestiam adorant, terra dicuntur. Terrena enim sapient, nescientes quia Christus jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Qui verò posthac mori, & refut- gere simulabit, Christum se esse asserens, non Christus, sed Antichristus erit.

Interà verò dum dira ageretur persecutio, dum Christiano- rum passim innoxius effundetur cruor, dum vastans omnia profanorum rabies debacchabitur, dum denique Conditor omnium Deus ore sacrilego ubique blasphemabitur, indigna- buntur elementa, & verso naturae ordine, Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum, stellae cadent, terra quassabi- tur, commotis mare fluctibus rugiet. Er. proh foelustam trepi- da rerum facies non commovebit impios, ut ab impietate sua desistant. Erunt signa (inquit Dominus) in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris praesitura gentium per confusionem sonitus maris, & fluctuum, ardentibus hominibus praetimore, & expec- tatione, quae supervenient univerfo orbi. Putabunt maligni hanc se pressuram pati, quia nondum satis ulsi sunt illos, qui Antichristum recipere noluerunt, & ob id magis magisque in- crudescunt, dum cadendo eos arbitrantur obsequium se praestare Deo. Ita de errore in errore prolapsi, gravius postea divinae vindictae ferunt supplicium. De signis autem hietiam veteres Prophetae itidem locuti sunt, non alio afflati spiritu, quam illi, qui Evangelia scripserunt. *Isaias*, Stella, inquit, caeli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendet in lumine suo. Jeremia ait: Ipse Deus vivens, & Rex sempiternus, ab indignatio- ne ejus commovebitur terra, & non sustinebitur gens comminationem ejus. Et Joel Propheta. A facie ejus, inquit, contremuit terra, moti sunt caeli. Sol, & Luna obtenebrati sunt, G & Stellae retraxerunt splendorem suum. Et iterum: Sol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Hinc jam Satanae artificia desicere, prodigia cessare, viros languescere, animis concidere inci- pient, & sicut maleficiorum Pharaonis virtus in faciendis mira- culis per Moysen, & Aarō superata succubuit, ita tunc omnis vis Diaboli, & Antichristi, & Pseudoprophetae in dies de- periens contabescet. Etenim post Sanctorum cadem, super omnes repentinus irruet pavor, & ante illos flagitorum suorum torquetur conscientia, quam ultio consumet divina. Ac sicut Jeremia ait: Erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescunt Sacerdotes, & Pro- phetae consternabuntur.

De persecutione Haereticorum nostri temporis, vide locum de Ecclesia, & Haereticis.

* PERSECUTIONEM PROPTER JUSTITIAM PATIUNTUR SANCTI.

Patiuntur persecutionem propter justitiam, qui pro quo- cunque virtutis actu illatas tolerant injurias.

Sic Machabei mortem sponte sustulerunt, ne contra le- H gem porcina carne vescerent. 2. Machab. 7.

SUSANNA pro castitate tuenda mortem elegit: quomodo & Joseph carceres.

JOANNES BAPTISTA decollatus fuit, quod Herodem super incestu cortipulisset.

Vide plurim in loco de Martyribus.

EXEMPLA HISTORICA.

NERO Romanorum Imperator, vir impudicitiz sceleribus omnibus insignis fuit, primusque, ac solus in tanto Imperij culmine, novos quosdam lasciviae, flagitii, ac turpitudinis modos excogitavit, exquirit, invenit: Pellicem enim, quam ille deperibat, atque in deliciis habebat, post Paulus undixit fidei, ac religionis sacramenta suscipere, perussuaserat una incestum illum, impurumque congressum declinare: Haec, inquam, ille crimina objectans, corruptorumque nequam,

flagi-